MASTER NEGATIVE NO. 93-81280-18

AUTHOR:

HAPKE, NATALIE

TITLE:

C. SEMPRONI GRACCHI...

PLACE:

MUNCHEN

DATE:

1915

Master Negative #

93-81280-18

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

874.05
H21 Häpke, Natalie, 1871-

C. Semproni Gracchi oratoris Romani fragmenta collecta et illustrata, inaugural-dissertation ... vorgelegt von Natalie Häpke ... München, Wolf, 1915.

112 p. $22\frac{1}{2}$ cm.

Thesis, Munich, 1914.
Bibliography p. 109-110.

139308

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 4-13-93 INITIALS Susan
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202

Centimeter

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

COLUMBIA UNIVERSITY

This book is due on the date indicated below, or at the expiration of a definite period after the date of borrowing, as provided by the rules of the Library or by special arrangement with the Librarian in charge.

DATE BORROWED	DATE DUE	DATE BORROWED	DATE DUE
TWO WEEKS LOAN		TWO WEEKS LOAN	
[illegible]			
[illegible] 41			
	MAY 5 '45		

C28(638)M50

C. SEMPRONI GRACCHI ORATORIS ROMANI FRAGMENTA COLLECTA ET ILLUSTRATA.

Inaugural-Dissertation
zur Erlangung der Doktorwürde
der philosophischen Fakultät (I. Sektion)
der K. Ludwig-Maximilians-Universität
zu München

vorgelegt von

Natalie Häpke
aus Bremen.

München 1915.
Kgl. Hof- und Universitäts-Buchdruckerei Dr. C. Wolf & Sohn.

Eingereicht am 23. Juni 1914.

Genehmigt auf Antrag der Herren Professoren
Vollmer und Crusius.

Tag der mündlichen Prüfung:
23. Juli 1914.

GUSTAVO FRATRI CARISSIMO
PRO PATRIA MILITANTI.

Conspectus libelli.

Praefatio.

C. Gracchum[1]) praestantissimum fuisse oratorem tum, cum ars rhetorica Romae primum florebat, omnes et eius factionis sectatores et adversarii consenserunt.[2]) Summo enim ingenio erat praeditus et a puero ab optimis magistris Graecis eruditus, neque umquam magno studio excolere[3]) desistebat eam artem, quae adiutrix esset in iis, quae sibi animo proposuerat, in re publica perficiendis. Itaque eum non solum pro rostris et in conciliabulis dicentem verborum actionisque impetu ‚animos tractasse', sed etiam orationes suas publicasse, quamquam non est certis testimoniis confirmatum, ponere possumus.[4]) Nam pervulgari quam latissime consilia Gaio cordi fuisse in propatulo est, Gaio, qui ut Romanorum res ita Latinorum et sociorum curabat[5]), scriptaque quidem ab eo edita esse testatur Cicero de ‚operibus'[6]) eius existimans et laudans quendam ad M. Pomponium

Quomodo publicatae sint orationes.

De aliis C. Gracchi scriptis.

---

1) de nomine cf. vita, test. 2.

2) cf. testimonia, p. 29 sqq., imprimis ‚Auctoris ad Herennium', qui popularis erat (p. 31), atque Ciceronis, Valeri Maximi, qui a nobilibus stabant cf. pp. 29, 30. De Gai arte v. p. 38 sqq.

3) cf. Cic. Brut. 125, v. p. 29; Plut. Ti. et C. Gr. 22 (1), 2 (i. e.: „Plutarchos, Tiberius und Gaius Gracchus" ed. Konrat Ziegler, Heidelberg 1911. [Kommentierte griech. u. lat. Texte ed. J. Geffken] [= l. c.]. Sunt K. Ziegleri numeri [v. l. c. p. 30, ad v. 3]; aliter Fuhr [Berl. phil. Wochenschr. 1912, p. 201]. Uncis [ ] inclusi sunt ‚Gai vitae' capitum numeri in superioribus editionibus adhibiti): καὶ τὸν λόγον ὥσπερ ὠκύπτερα κατασκευαζόμενος ἐπὶ τὴν πολιτείαν.

4) E. Schwartz, p. 793. Leo, Gesch. d. röm. Litt., Berlin 1913, p. 307 sqq.

5) cf. argumenta orationum III, IV.

6) Cic. l. c.

libellum,[1]) in quo de patris morte C. Gracchus egerit, confirmatque Plutarchus de Gai libello (βιβλίον) commemorans, in quo, qua re adductus Tiberius agrariam legem promulgasset, expositum sit.[2]) Quodsi orationes, quas habuerat, aliaque scripta Gracchus publicabat, fieri etiam potest, cum ab anno 628/126 usque ad annum 630/124 in Sardinia quaestura fungeretur,[3]) ut orationes vel epistulas, quibus Gracchanas res defenderet, Romam pervulgandi causa miserit. Duo enim fragmenta, alterum ex oratione ‚de lege Penni et peregrinis conscripta',[4]) quam latam esse anno 628/126 constat, alterum e quadam ‚contra Plautium'[5]) oratione, quem verisimile est fuisse eum M. Plautium Hypsaeum, qui consul anno 629/125 Gracchanis in civitate sociis danda restitit, ad hoc tempus optime quadrant.

De editione priore.

Omnia autem proferebat in lucem non eo consilio, ut palmam peteret eloquentiae, nam *manus extrema*, ut ait Cicero,[6]) *non accessit operibus eius: praeclare incohata multa, perfecta non plane,* sed ut fratris suaque consilia defenderet et pervulgaret, refutaret et corriperet adversariorum. Nec tamen statim, quamquam rationem posteritatis vix habuerat Gracchus, interierunt opera. Quae ad servanda haud dubie multum valebat, quod artem dicendi eo tempore Romae Romani[7]) quoque instituere coeperunt. Hos enim apud suos quoque exempla sumpsisse, et, quo minores exstabant orationes, quae Graecorum comparari possent, eo magis adulescentes ad Gracchi artem imitandam incitasse ponendum est. Quod imprimis ad L. Coelium Antipatrum,[8]) qui princeps erat inter eos rhetores, cadit. Nam aequalis Gai,[9]) fortasse familiaris erat,[9]) Asiaticum genus, ut ille in dicendo,

[1]) Cic. div. 1, 36; 2, 62 etc.; de ‚libellis' v. p. 91.
[2]) Plut. l. c. 8, 4, cf. p. 91 et p. 92.
[3]) cf. vita, p. 25.
[4]) Fest., p. 362, 33 (ed. Lindsay, Lips. 1913), cf. p. 47.
[5]) Val. Max. 9, 5, ext. 4, cf. p. 49; v. orationes III et IV.
[6]) Brut. 125.
[7]) F. Marx ad C. Herennium l. IV, Lips. 1894, p. 136.
[8]) F. Marx l. c.
[9]) Cic. div. 1, 56; cf. p. 56.

ipse in scribendo adhibebat, discipulumque eius (L. Licinium Crassum[1]) C. Gracchi orationes se adulescentem in cotidianis exercitationibus sibi proposuisse exponentem facit Cicero.[2]) Neque decrevit admiratio turbulentissimi illius tribuni eloquentiae, quem Cicero[3]) iterum iterumque laudaverit, cuius lectionem ingenii colendi causa iuventuti commendaverit.[4]) Quibus ex rebus exemplarium loco Gai orationes per multos annos adhibitas esse, et paulo post eum interfectum in promptu iam fuisse elucet editionem nonnullarum, quae aut quod certa rerum Gai mentisque documenta dabant, aut quod dictionis arte animos omnium legentium delectabant, erant collectae. Vel manus quoque Gracchorum diu sunt servatae; Plinius[5]) enim (nat. hist. 13, 83), postquam, quomodo optimae fierent chartae,[6]) exposuit: *Ita fiunt,* inquit, *longinqua monimenta, Tiberi Gaique Gracchorum manus apud Pomponium Secundum, vatem civemque clarissimum vidi annos fere post ducentos.*

Quam diu servatae sint manus.

De editione Hadriani temporibus facta.

Et denuo in lucem vocatae sunt orationes, nam Ciceronis arte et gloria obscuratae aliquamdiu neglectae erant, cum laudatores antiquitatis et perscrutatores Hadriani tempore cum Plauti Enniique[7]) poematibus, tum Catonis Gracchique orationibus studebant. Huius actiones maximam admirationem movisse atque in libro, non in florilegio aliquo denuo editas esse plane ex M. Caesaris ad Frontonem epistulis intellegitur (p. 56, ep. XVIII)[8]): *In quantum me iuverit lectio orationum istarum*

[1]) Cic. Brut. 102: *L. Coelius Antipater scriptor .... ut temporibus illis, luculentus ..... multorum etiam ut L. Crassi magister.* Crassus natus est a. 140.
[2]) de orat. 1, 154; cf. p. 31.
[3]) cf. testimonia p. 29 sqq.
[4]) Cic. Brut. 125.
[5]) ed. C. Mayhoff, Lips. 1906 sqq.
[6]) Quod igitur glutinum in plagulis Gracchorum adhibitum sit, novimus, quid scriptum in iis fuerit, ignoramus.
[7]) Qua ratione grammatici eorum temporum poetarum opera emendaverint et ediderint, exposuit diligentissime Leo: Plautinische Forschungen Berl. 1895, p. 19 sqq., p. 27.
[8]) ed. S. A. Naber, Lips. 1867.

Gracchi, non opus est me dicere, quom tu scias optime, qui me ut eas legerem, doctissimo iudicio ac benignissimo animo hortatus es. Ne autem sine comite solus ad te liber tuus referretur, libellum istum addidi. (p. 61, ep. II): *Gracchus cum cado musti maneat, dum venimus, neque enim metus est, Gracchum interea cum musto defervere posse.* Neque vero editio, quam diu sit servata, dici potest. Licet laudaverint fragmenta Gai scriptores, qui post Frontonis erant aetatem, utrum ex libro ipso an ex aliqua arte grammatica vel rhetorica hauserint, enucleandi non habemus copiam.

De fontibus et rivulis.

Quoniam de editionibus dixi, ut de fide eorum scriptorum, qui Gai reliquias servaverunt, disseram, necesse est. Antehac autem fragmentorum titulos et locos, ubi inveniuntur, enumerari commodum esse videatur:

I.[1]) Oratio pro Vettio[2]) — testimonium[3]) Plut. l. c. 22 (1) 2.

II. Oratio 'ut lex Papiria accipiatur' Char. gramm. I, 196, 25. (Keil, Gramm. Lat.); Char. I, 202, 9; I, 223, 7; I, 240, 16.

III. C. Gracchus, 'in ea, quam conscripsit de lege Penni et peregrinis' Festus p. 362, 33.

IV. 'Oratio in Plautium scripta' Val. Max. 9, 5 ext. 4.

V. Oratio 'apud censores habita' Cic. orat. 233; Char. I, 80, 5.

VI. Oratio 'ad populum in contione habita' Gell. N(octes) A(tticae) 15, 12, 1 sqq.; Plut. l. c. 23 (2) 4.

VII. Defensio, cum perduellionis accusatus esset — testimonium Plut. l. c. 24 (3) 3.

VIII. Oratio 'pro se'[4]) Prisc. gramm. II, 513, 16.+

---

[1]) Ordinem temporis, quantum fieri posset, me conservasse infra intellegetur. — cf. infra: I, p. 42; II, p. 43; III, p. 46; IV, p. 49; V, p. 50; VI, p. 52; VII, p. 54; VIII, p. 55.

[2]) Tituli, quos hic ' ' non significavi, traditi non sunt, sed ex argumento colligi possunt.

[3]) Testimonia orationum, quae omnia infra afferam, omisi nisi earum, quarum fragmenta interierunt.

[4]) + de orationis tempore nihil certi constat.

‡ incertum est, num illi quidem orationi vindicandum sit fragmentum.

IX.[1]) Oratio 'de legibus promulgatis' Schol. Cic. Bob. pro Sylla § 26; Gell. N. A. 10, 3, 1 sqq.; 10, 3, 11; 9, 14, 16; Fest. p. 248, 27.

X. Oratio 'in P. Popillium[2]) Laenatem pro rostris' Gell. N. A. 11, 13, 1; Plut. l. c. 24 (3) 2 sqq.; Fest. p. 218, 32.

XI. Oratio de lege de abactis abroganda Char. I, 102, 20.‡ Plut. l. c. 25 (4) 2; Diod. 34, 25, 2.

XII. Oratio 'in P. Popillium circum conciliabula' Gell. N. A. 1, 7, 7. Fest. p. 277, 7; p. 136, 12; Diom. I, 374, 19.

XIII. Oratio 'in P. Popillium' (*Pompilium* Festus?) et matronas Fest. p. 136, 16.

XIV. Orationes ad legem frumentariam pertinentes Prisc. II, p. 386, 3.‡

XV. Oratio, 'qua legem Aufeiam dissuasit' Gell. N. A. 11, 10, 1 sqq.; Plut. l. c. 29 (8) 1.

XVI. Oratio(nes) ad legem iudiciariam pertinen(te)s App. b. c. I, 22, 92.

XVII. Oratio in 'rogatione Cn. Marci Censorini'+ Char. I, 208, 20.

XVIII. Oratio 'in L. (Caecilium) Metellum'+ Diom. I, p. 311, 16.

XIX. Oratio 'adversus Furnium'+ Diom I, 401, 2.

XX. Oratio 'contra Q. Aelium. Tuberonem'+ Prisc. II, 88, 4.

XXI. Oratio de lege sua, de sociis et nomine Latino App. b. c. I, 23, 99.

XXII. Oratio 'de lege Minucia' Fest. p. 220, 2; App. b. c. I, 24, 105 sqq.

XXIII. Oratio 'in Mevium'+ Isid. Etymol. l. 19, 32, 4 (ed. Lindsay, Oxonii 1910).

XXIV. Oratio in ultima necessitate habita+ Cic. de orat. III, 214.

---

[1]) cf. infra: IX, p. 57; X, p. 62; XI, p. 65; XII, p. 67; XIII, p. 69; XIV, p. 70; XV, p. 73; XVI, p 77; XVII, p. 80; XVIII, p. 81; XIX p. 81; XX, p. 82; XXI, p. 83; XXII, p. 85; XXIII, p. 87; XXIV, p. 88.

[2]) de nomine cf. p. 62.

Ex aliis scriptis reliquiae:

A. α)[1]) Libellus (vel epistula) 'ad M. Pomponium' scriptus. Cic. div. II, 29, 62; I, 18, 36: λέγεται Plut. l. c. 1, 2.

β) Γάϊος ἔν τινι βιβλίῳ Plut. l. c. 8, 4.

B. C. Gracchi edictum Plut. l. c. 23 (12) 1.

Incerta.

I. 'ut Gracchus' Gramm. Lat. V, 577, 30.

II. 'ut apud Gracchum' Isid. Etym. l. 2, 21, 4.

III.[2]) 'qua Gracchus' Gell. N. A. 20, 6, 11.

IV.[2]) et 'Gracchus' Char. I, 107, 22.

V.[2]) 'Gracchi ubique in contionibus' Serv. ad Verg. Aen. 7, 715.

VI. 'omnes orationes Catonis et Gracchi' Serv. ad Verg. Aen. 11, 301.

VII. 'velut dixit disertus Gracchus alter Gaius' Terent. Maur. Gramm. VI, 354, v. 985.

VIII. a) 'ex hac femina (Cornelia) debuit nasci, qui diceret in contione' Sen. dial. 12, 16, 6; Plut. l. c. 25 (4) 3.

b) Plut. l. c.

IX. ? ?[3]) Fest. p. 278, 33. 'C. < Gracchus >' (suppl. Müller).

De fide eorum scriptorum, qui ipsi arti rhetoricae studebant.

Quorum auctorum si fidem exploramus, primum ratio est habenda eorum, qui ipsi rhetoricae arti operam dabant. Valde autem dolemus Ciceronem, qui optimus esset testis, etiamsi persaepe laudibus C. Gracchum efferebat et partes orationum imitabatur,[4]) aut inter scribendum ante oculos[5]) vel in memoria habebat, ad verbum nulla nisi duo fragmenta attulisse, alterum,[6]) ut formam

[1]) cf. infra: Aα p. 92; B p. 93; I, p. 94; II, p. 94; III, IV, p. 95; V, p. 96; VI, VII, p. 96; VIII, p. 97; IX, p. 98.

[2]) III, IV, V v. p. 23, adn. 1.

[3]) ? ? de fide dubitare potest.

[4]) Mur. 88; cf. pp. 32; 89.

[5]) Rab. perd. 14 et 15; cf. p. 69, or. XII; Sest. 30.

[6]) Cic. orat. 233, cf. or. V, p. 51.

emendaret, alterum,[1]) ut oratoris actionem laudaret. Plura, plurima re vera longissimaque fragmenta debemus Gellio — liceat hic mihi eum nominare, quamquam non solum (N. A. 11, 13), ut orationis exordium in medium ferret, aut ut cum Catonis, Ciceronisque arte compararet Gracchi (10, 3, 2 sqq.), fragmenta attulit, sed etiam ut Gai mores praedicarentur (15, 12, 1 sqq.) et dictum ab eo laudatum servaretur (11, 10).[2]) Ut Ciceroni autem ita Gellio,[3]) cum orationes utrique praesto fuisse constet, magnam possumus habere fidem, praesertim cum, quin in collocandis verbis clausularum causa summam uterque adhibuerit diligentiam, vix dubium sit. Neque diffidendum esse fragmenti verbis a scholiasta Bobiensi[4]) servati, qui imprimis arti rhetoricae studebat, ex clausulis[4]) intellegitur, neque unum quidem verbum in illo ab Isidoro (2, 21, 4) allato,[5]) ubi de figuris agitur, esse transpositum docet artificiosa ipsa compositio. Quem ad modum contraxerint generatim, nisi figuram quandam servare coacti erant, excerpta ex veterum artibus viri docti recentioris aetatis uno illustratur exemplo: Cic. de orat. III, 214 (C. Gracchi verba): *Quo me miser conferam? Quo uortam? In Capitolium? At fratris sanguine madet. An domum? Matremne ut miseram lamentantem uideam et abiectam?* Quibus ex verbis Quintilianus (inst. or. 11, 3, 115)[6]) modo affert: *Aut Gracchanum illud: Quo me miser conferam? in Capitolium ad fratris sanguinem? an domum?* E Quintiliano contractum sumpsit C. Iulius Victor. (Halm, rhet. min., pag. 443.)

De historicorum (Plutarchi et Appiani) fide.

Deinde est quaestio, Plutarchus et Appianus num orationum fragmenta vel verborum vestigia praebentes vera memoriae tradiderint an ficta; nam verba, quae ab antiquis historicis mores aut

[1]) de orat. III, 214, or. XXIV, p. 88.

[2]) de glossis Gelli ad res grammaticas pertinentibus infra dicam (cf. p. 20 sqq.).

[3]) cf. p. 9; 31.

[4]) v. or. IX, fr. a., p. 59.

[5]) cf. (inc. II), p. 94, de compositione v. p. 38.

[6]) ed. C. Halm, Lips. 1868, de textu cf. or. XXIV, fr., p. 88.

consilia describendi causa inserebantur, saepe esse conficta, aut si re vera ex orationibus habitis sunt orta, declamationibus rhetoricis valde trita nimis esse mutata quis est qui ignoret? Plutarchus quanta fide Gai[1]) fragmenta laudaverit, ut intellegamus, eos locos, qui comparari possunt cum iis, quos a Gellio et Cicerone satis certis illis Gracchi verborum testibus sunt allati, tractemus, necesse est:

A. Duas orationes, ut infra demonstrabitur (pag. 50 sqq.) habuit Gracchus, cum, quod ex Sardinia sua sponte rediisset, a censoribus esset accusatus, priorem '*apud censores*'. (Cic. or. 233; Char. I, 80, 5) (V), alteram '*ad populum in contione*' (Gell. N. A. 15, 12; Plut. l. c. 23 (2), 3 et 4)

Plut. l. c.:	Gell. l. c.[2]):
οὐ μὴν ἀλλὰ κατηγορίας αὐτῷ γενομένης ἐπὶ τῶν τιμητῶν, αἰτησάμενος λόγον οὕτω μετέστησε τὰς γνώμας τῶν ἀκουσάντων ὡς ἀπελθεῖν ἠδικῆσθαι τὰ μέγιστα δόξας. ἐστρατεῦσθαι μὲν γάρ, ἔφη, δώδεκα ἔτη, τῶν ἄλλων δέκα στρατευομένων ἐν ἀνάγκαις ταμιεύων δὲ τῷ στρατηγῷ παραμεμενηκέναι τριετίαν (!) τοῦ νόμου μετ' ἐνιαυτὸν ἐπανελθεῖν διδόντος...	1.: *C. Gracchus, cum ex Sardinia rediit, orationem ad populum in contione habuit. Ea verba haec sunt: ‚Uersatus sum,‘ inquit, ‚in prouincia, quomodo ex usu uestro existimabam esse, non quomodo ambitioni meae conducere arbitrabar.‘* .... sequuntur verba de ‚parsimonia ac de pudicitia sua‘....
μόνος δὲ τῶν στρατευσαμένων πλῆρες τὸ βαλάντιον εἰσενηνοχὼς κενὸν ἐξενηνοχέναι, τοὺς δ' ἄλλους	3.: *‚biennium fui in prouincia; si ulla meretrix domum meam introiuit ...‘*

[1]) Cum Plutarchus sibi non proposuisset historiam scribere, sed moribus egregiorum virorum expositis lectorem ad eos imitandos incitare vellet, atque verba diligentissime collocare et orationem exornare magis ei curae esset quam id, quod acceperat, simpliciter referre, in singulis vitis tractandis, quomodo fontibus usus sit, explorandum est. cf. Leo: Die griech.-röm. Biographie, Leipzig 1901, p. 146 sqq., p. 155, p. 177.

[2]) ed. C. Hosius, Lips. 1903. de textu cf. p. 44, adn. 2; cf. or. VI, fr., p. 52.

Plut. l. c.:	Gell. l. c.:
ἐκπιόντας, ὃν εἰσήνεγκαν οἶνον, ἀργυρίου καὶ χρυσίου μεστοὺς δεῦρο τοὺς ἀμφορεῖς ἥκειν κομίζοντας.	4.: *Atque ibi ex intervallo: 'Itaque,' inquit, 'Quirites, quom Romam profectus sum, zonas, quas plenas argenti extuli, eas ex prouincia inanes rettuli. Alii uini amphoras, quas plenas tulerunt, eas argento repletas domum reportauerunt.‘*

Extrema apud Plutarchum verba ex oratione ad populum habita sumpta esse perlucide apparet. In antecedentibus autem de moribus suis praedicantem se defendisse Gracchum apud Gellium legimus, apud Plutarchum de publico iure disputantem. Nemo quidem fieri posse, ut ex eadem oratione utrumque ortum sit, negaverit, tamen (cf. E. Schwartz, pag. 807) cum — ut ex principio loci elucet — una tantummodo oratione Gaium se defendisse referat auctor, nescio an nonnulla ex oratione apud censores habita hauriens duas in unam contraxerit.

	‚Qua legem Aufeiam dissuasit.‘
B. Plut. l. c. 29 (8) 1: ἔφη ποτὲ δημηγορῶν αὐτὸς αἰτήσειν χάριν, ἣν λαβὼν μὲν ἀντὶ παντὸς ἕξειν, [εἰ δ' ἀποτύχοι μηδὲν ἐκείνοις μεμψιμοιρήσειν.] [ ] addita sunt.	Gell. l. c. 11; 10. 3:[1]) *'ego ipse, qui aput uos uerba facio, uti uectigalia uestra augeatis .. .. non gratiis prodeo; uerum peto a uobis non pecuniam sed bonam existimationem atque honorem.‘*
C. Plut. l. c. I, 2: λέγεται (!) δέ ποτε συλλαβεῖν αὐτὸν (pater) ἐπὶ τῆς κλίνης ζεῦγος δρακόντων,	Cic. div.[2]) I, 36: *Quid? Ti. Gracchus Publii filius qui bis consul et censor fuit,* ....

[1]) or. XV fr.

[2]) cf. Gai libellus A α, p. 92.

Eodem modo non solum indiligenter de Gai dicto Plutarchus [22 (1), 4; Cic. div. I, 56] refert, sed etiam exornat, ut graviora fiant verba, locum e Cicerone haustum, et quod in contione de lege Papiria habita Aemilianum et Gracchum inter se rixatos esse ignorat (cf. pp. 20; 44) Aemiliani verba falso alii actioni vindicat.

τοὺς δὲ μάντεις σκεψαμένους τὸ τέρας [ἄμφω μὲν οὐκ ἐᾶν ἀνελεῖν οὐδ᾽ἀφεῖναι (!)] περὶ δὲ θατέρου διαιρεῖν, ὡς ὁ μὲν ἄρρην τῷ Τιβερίῳ φέροι θάνατον ἀναιρεθείς, ἡ δὲ θήλεια τῇ Κορνηλίᾳ· τὸν οὖν Τιβέριον καὶ φιλοῦντα τὴν γυναῖκα, καὶ μᾶλλον αὐτῷ προσήκειν ὄντι πρεσβυτέρῳ τελευτᾶν ἡγούμενον, ἔτι νέας οὔσης ἐκείνης, τὸν μὲν ἄρρενα κτεῖναι τῶν δρακόντων, ἀφεῖναι δὲ τὴν θήλειαν. εἶτα ὕστερον οὐ πολλῷ χρόνῳ τελευτῆσαι ....

Conferas velim verba addita cum extremis Ciceronis verbis (II, 62).

D. Plut. l. c. 24 (3), 2: ἐνταῦθα γὰρ ἐξ ἁπάσης προφάσεως περιῆγε τὸν δῆμον ἀναμιμνήσκων τῶν γεγονότων καὶ παρατιθεὶς τὰ τῶν προγόνων, ὡς ἐκεῖνοι μὲν καὶ Φαλίσκοις ἐπολέμησαν ὑπὲρ Γενυκίου τινὸς δημάρχου λοιδορη-

.... *nonne, ut C. Gracchus, filius eius, scriptum reliquit, duobus anguibus domi comprehensis haruspices conuocauit? qui cum respondissent, si marem emisisset, uxori brevi tempore esse moriendum, si feminam, ipsi, aequius esse censuit se maturam oppetere mortem quam P. Africani filiam adulescentem; feminam emisit, ipse paucis diebus post est mortuus.*

II, 62: *C. Gracchus ad M. Pomponium scripsit* .... sequitur eadem narratiuncula .... sed per irrisionem addit Cicero. .... *ego tamen miror, si emissio feminae anguis mortem adferebat Ti. Graccho, emissio autem maris anguis erat mortifera Corneliae, cur alteram utram emiserit; nihil enim scribit respondisse haruspices, si neuter anguis emissus esset, quid esset futurum.*

Legebatur oratio C. Gracchi in P. Popilium ... (cf. p. 31.)

Gell. l. c. 11, 13, 3[1]: ‚*Quae uos cupide per hosce annos adpetiistis atque uoluistis, ea, si temere repudiaritis, abesse non potest, quin aut olim cupide adpetiisse aut nunc temere repudiasse dicamini.*'

[1]) cf. or. X, fr. a.

θέντος καὶ Γαΐου Βετουρίου θάνατον κατέγνωσαν, ὅτι δημάρχῳ πορευομένῳ δι᾽ἀγορᾶς οὐχ ὑπεξέστη μόνος. ‘ὑμῶν δ᾽ὁρώντων᾽ ἔφη ‘Τιβέριον ξύλοις συνέκοπτον οὗτοι, καὶ διὰ μέσης τῆς πόλεως ἐσύρετο νεκρὸς ἐκ Καπετωλίου ῥιφησόμενος εἰς τὸν ποταμόν. οἱ δ᾽ἁλισκόμενοι τῶν φίλων ἀπέθνησκον ἄκριτοι. καίτοι πάτριόν ἐστιν ἡμῖν, εἴ τις ἔχων δίκην θανατικὴν μὴ ὑπακούει, τούτου πρὸς τὰς θύρας ἕωθεν ἐλθόντα σαλπιγκτὴν ἀνακαλεῖσθαι τῇ σάλπιγγι, καὶ μὴ πρότερον ἐπιφέρειν ψῆφον αὐτῷ τοὺς δικαστάς. οὕτως εὐλαβεῖς καὶ πεφυλαγμένοι περὶ τὰς κρίσεις ἦσαν.‘

Cum Plutarchi locus ea, quae Gellius laudat, complectatur et exemplis allatis illustret, eidem actioni fragmentum vindicare non dubitavi, imprimis quod, ut infra demonstrabitur, in orationem contra Popillium habitam verba optime quadrant.

Quibus ex locis comparatis apparet ea, quae apud scriptorem Graecum leguntur, non multum, quod pertinet ad rem, discrepare ab iis, quae scriptores Latini servaverunt, etsi interpretationis, ut videtur, causa nonnulla addita sunt et duae orationes in unam contractae videntur. Deesse apud Gellium longiores eas partes orationum, quas Plutarchus affert (A, D), ut in iis, quid dixerit Gracchus, quid auctores[1]) addiderint, internoscere non possimus, valde dolemus.

Cum autem Plutarcho fragmenta Gai laudanti generatim credendum esse probatum videatur, omnia ea, quae de eius scriptis apud illum inveniantur, hunc in libellum inseri debere existimo, imprimis ea, quae aliis testimoniis vera esse, non ficta

[1]) In fontibus variata iam esse verba poterant.

confirmentur.[1]) — Reliquias autem, cum ex diversis fontibus haurire posset[2]), unde sumpserit, difficile est dictu. Constat quidem Gai scripta ipsa eum non esse perscrutatum[3]), ut locis supra comparatis probatum est et infra magis probabitur. Sed fieri potest, ut ex primario fonte aetate Gracchana scripto, in quo inserta fuisse Gai fragmenta verisimillimum est, — historici enim Romani, qui tum erant, orationum partes exscribere solebant[4]) — nonnulla fluxerint; fieri potest, ut e recentiore libro,

---

[1]) a) Plut. l. c. 22 (1), 2 testimonium orationis pro Vettio (or. I); b) 24 (3), 3: testimonium defensionis, cum perduellionis accusatus esset (or. VII); c) 25 (4), 2: parva ex oratione de lege de abactis abroganda sumpta cf. Diod. XXXIV, 25, 2; (or. XI); d) 8, 4 libellum (rell. A β) ὁ δ᾽ ἀδελφὸς αὐτοῦ Γάϊος . . . γέγραφεν; e) 33 (12) 1 edictum (App. b. c. I, 23, 100) (rell. B). c et e desunt apud H. Meyerum.

[2]) W. Soltau (Plutarchs Quellen zu den Biographien der Gracchenzeit, J. J. 1896, I, p. 365) primus haec apud Gellium et Plutarchum fragmenta comparavit, sed per errorem utrumque ea ex Nepote sumpsisse coniecit (conferas velim, quae supra de Gelli fide dixi, p. 13; de Plutarchi fonte nunc dicam).

H. Peter: Hist. Romanorum Rell.[2] Lips. 1914, vol. I. p. CXCIX ex Fanni annalibus fragmenta a Plutarcho laudata derivata arbitratur (cf. adn. 4).

[3]) Ita Plutarchus epistulas quoque neglegere solebat. cf. Leo: „Noch bezeichnender . . . . . ist, daß Plutarch Ciceros Briefe zwar anführt, aber aus erster Hand nur die beiden griechischen an Gorgias und Pelops (p. 162).“

[4]) W. Soltau: Die Anfänge der Römischen Geschichtsschreibung, Leipzig 1909, p. 154/155. Imprimis nominandi sunt C. Fannius (cos. 632/122), Sempronius Asellio (trib. mil. 620/621. 134/133 in castris Numantinis; cf. Gai vita), P. Rutilius Rufus (cos. 649/105), L. Calpurnius Piso (cf. or. XIV). — Ex operibus a Gracchorum aequalibus scriptis, quae ipsa interierunt, ea, quae apud Plutarchum, Livium (i. e. eos, qui huius libros excerpserunt), Appianum leguntur, nonnullis interiectis rivulis fluxisse probavit Ed. Meyer. Is enim his libellis diligentissime pertractatis exposuit, quamquam in singulis inter se differrent rebus, tamen, si summas tantummodo spectaremus, historicos, quorum annalibus niteretur memoria, multa veraque de turbulentissimo tempore tradidisse plane nos intellegere. Quin etiam, ut quisque a nobilibus staret aut a popularibus, ita auctores de rebus gestis variasse plane comparere. Kornemann, cum huic accessisset opinioni (p. 1), Fannium consulem (p. 20) fuisse eum auctorum coniecit, (similiter iudicat H. Peter p. CXCVII, cf. supra adn. 2) cuius ex annalibus ea, quae similia a Plutarcho et scriptoribus Latinis traduntur, orta essent. Id autem mea quidem sententia cum aliis ex causis non sit verisimile (cf. F. Cauer p. 606; Plut. capp. 8;

cuius auctor Gracchi verba in linguam Graecam vertisset (cf. Plut. l. c. 25 (4), 3: πολλὰ λαβεῖν ἐκ τῶν γεγραμμένων (ὑπ᾽ αὐτοῦ) ἐστὶν ὅμοια fragmenta sumpserit Plutarchus.

Quoniam, quemadmodum orationum memoria usus sit Plutarchus, pertractavimus, ad Appianum veniamus. Apud eum autem verba Gracchi in augustum contracta sola esse servata valde dolemus. Quae inter fragmenta ponere non dubitamus, primum quia non parvam huic auctori de Gracchanis rebus agenti fidem deberi constat, (quod B. Niese[1]) leges agrarias tractans probavit, confirmaverunt novis allatis argumentis Ed. Meyer[2]) et Poehlmann)[3]) deinde, quia ex Tiberi[2])[3]) quoque orationibus nonnulla apud eum leguntur, denique, quia de locorum argumentis certa exstant testimonia.

Allata enim sunt: a)[4]) ex oratione de lege iudiciaria App. b. c. I, 22, 92 (de accusatione M.'Aquilli cf. Cic. div. in Caec. 69) (or. XVI).

b) ex oratione sua de sociis et nomine Latino App. b. c. I, 33, 99; cf. Cic. Brut. 100 (or. XXI).

c) ex oratione de lege Minucia (?) App. b. c. I, 24, 105; cf. Fest. p. 220, 2: De prodigio luporum refert Oros. hist. 5,

---

11; 12), tum probari non potest, quod minora exstant fragmenta et Fanni et aliorum, quam ut cum Plutarchi aut Livi locis satis comparari possint.

Neglexerunt vero viri docti in fontibus vitarum Tiberi Gaique enucleandis *ex orationibus*, quae non in scriniis laterent sed cotidianis exercitationibus (cf. p. 9) tererentur, non solum aequales sed etiam recentiores scriptores nonnulla haud dubie sumpsisse. Id imprimis ad Ciceronem spectare uno exemplo elucet: exstabant orationes C. Gracchi (cf. p. 30), Carbonis (Brut. 104), Aemiliani (cf. infra). Nonne verisimillimum est, eas legentem permotum esse auctorem, ut scriberet (Lael. 96): *C. Papirius nuper influebat in auris contionis, cum ferret legem de tribunis reficiendis. Dissuasimus nos* (Laelius) *sed nihil de me, de Scipione dicam lubentius . . . Sed adfuistis et est in manibus oratio. Itaque lex popularis suffragiis populi repudiata est?* (cf. or. II.)

[1]) Hermes XXIII (1888), p. 410 sqq.

[2]) p. 399 sqq., pp. 402, 403; de Tiberi orationibus Plut. l. c. 9, 4; App. I, 9, 35; 10, 40; Flor. 2, 2, 3, cf. p. 23, adn. 1; Plut. 15, 2; App. I, 12, 51 allatis, p. 405.

[3]) de Tiberi orationibus, pp. 124 et 125. Imprimis contra E. Schwartzium, qui de Appiani fide dubitat, Poehlmann libellum edidit.

[4]) a, b, c desunt apud H. Meyerum.

12, 2; Jul. Obseq. (ed. O. Rossbach, Lips. 1910) 33; App. Lib. 136 (or. XXII).

Hos locos ex opere a Gracchorum aequali scripto fluxisse certum est; minores enim sunt, quam ut ex orationibus ipsis auctorem recentiorem, cuius historia nititur Appianus — in operis libro scribendo uno solebat uti fonte — addidisse eos poni possit.

Animadvertas etiam velim priorum orationum fragmenta inveniri apud Plutarchum (cf. conspectus), posteriorum apud Appianum atque defuisse in fontibus, e quibus ipsi hauserunt, nonnullas orationes a grammaticis Latinis tractatas, velut de Gai otio uterque falso fabulatur, quem errorem, si in manibus fuisset oratio a Charisio allata 'ut lex Papiria accipiatur' (II), haud dubie non commisisset. (cf. p. 15, adn. 2.)

De fide grammaticorum et glossographorum.

Denique e C. Gracchi reliquiis fragmenta excerpserunt verborum obsoletorum aut formarum causa grammatici et glossographi. Inveniuntur imprimis in Pomponi Festi libris de significatu verborum scriptis, in Gelli[1]) Noctium Atticarum libris, in Charisi, Diomedis, Prisciani artibus, in Isidori[2]) Etymologiarum libris. Neque vero quisquam hos grammaticos plerumque auctores laudatos ipsos non inspexisse, sed antiquiorum artes exscripsisse ignorat. Ut Festus Verri Flacci, illius clarissimi glossographi, operis parvas servavit partes, Gellius, quae a viris doctis,[3]) quos Valeri Probi Berytii[4]) discipulos fuisse verisimile est, ad Gai sermonem spectantia acceperat, nobis tradidit, Charisius fragmenta Gracchi ex arte Iuli Romani[5]) sumpsit,

---

[1]) de aliis fragmentis a Gellio servatis supra dixi, p. 13.

[2]) Neque, quo ex fonte sumpserit Isidorus duo Gai fragmenta — de altero ad artem rhetoricam spectante iam dixi p. 13 — neque cui debuerit Servius alterum, quod in Vergili commentario Aen. VII, 115 laudavit, dici potest. cf. de Isidoro: Teuffel III, § 496, p. 543; de Servio ad Verg. Aen. 7, 715 cf. inc. V; 11, 301 cf. inc. VI.

[3]) 1, 7, 4 *amicus noster*; 9, 14, 6 *Caesellius Vindex*; 20, 6, 11 *Apollinaris Sulpicius* (dubium est, num e Probo provenerit, cf. adn. 4).

[4]) cf. Aistermann: De M. Valerio Probo Berytio, Bonnae 1910, pp. 124, 140 fr. CIII, CXIII. cf. Hosius in Gelli editione (Lips. 1903) p. XXIII, XL (Gell. 20, 6 deest apud Aistermannum, ‚fortasse ex Probo' Hosius p. LVII).

[5]) O. Froehde: De C. Iulio Romano Charisii auctore, J. J. Suppl. XVIII, p. 585.

qui ipse glossas de nominibus agentes Plinio Secundo[1]) debuerat, exempla interiectionum adverbiorumque fortasse Flavio Capro,[2]) Priscianus[3]), Diomedesque[4]) (uno loco Diom. 311, 16 excepto[5]) ex eodem Capri opere eas partes, in quibus Gai verba afferuntur, hausisse videntur.[6])

Ipsos denuo non excussisse scripta Gracchi praecipue ex eo intellegitur, quod tam parvula lacerataque fragmenta praebent, ut Priscianus in totis libris tria et ea minima. Quod eo magis est dolendum, quia titulos servaverunt grammatici nonnullarum orationum,[7]) quarum vestigia alibi non exstant. Ea quidem re ex vetustissimo et uberrimo fonte illos perscrutatores antiquitatis, quorum horrea expilaverunt, hausisse plane apparet. Servata sunt viginti quattuor orationum certa testimonia, sed cum ad duodeviginti[8]) leges eum ipsum tulisse, quattuor eius amicos reputemus, atque de una in Popillium rogatione minimum ter eum dixisse (orr. X, XII, XIII), quot orationes in tribunatu habuerit, quot interierint, intellegimus.

---

[1]) l. c. p. 622. cf. J. W. Beck: Plinii Secundi Librorum Dubii Sermonis VIII Rell., Lips. 1894.

[2]) O. Froehde, p. 641 sqq.

[3]) ex Capri ‚de Latinitate' libro. cf. Jeep: Phil. 1909 (68), p. 10 sqq., p. 21 et passim.

[4]) Diom. gramm. I, 401, 2 cf. Jeep: Phil. 1912 (71) p. 493; p. 509; Diom. I, 374, 17 p. 517.


[5]) cf. L. Jeep: Zur Geschichte der Lehre von den Redeteilen, Leipzig 1893, p. 66. Hic Diomedes alio ac Charisius aut Priscianus utitur fonte.

[6]) cf. p. 22.

[7]) cf. conspectus orationum p. 10 sqq.

[8]) Titulos 11 Gracchi legum, 1 Marci Censorini amici, de quibus locutum esse Gracchum apparebit ex fragmentis, invenies i., p. 101. Accedunt hae Gracchi rogationes, e quibus suadendis nulla verba sunt servata: lex de horreis aedificandis (cf. p. 103, adn. 5), lex viaria (cf. l. c.), militaria (or. XVII), de provinciis consularibus, de coloniis in Italia deducendis, de suffragiorum confusione, una a Nonio (p. 454, 20 M., ex Varrone) commemorata, de qua nihil aliud notum est (cf. p. 22); hae Gracchanorum leges: lex Rubria (cf. or. XXII), lex Acilia repetundarum (cf. or. XXII, adn. 5), lex Acilia Rubria (l. c.) (Testimonia attulerunt Niccolini et M. Ziegler, cf. p. 26; de iis, qui de legibus egerunt, conferas velim p. 101). In animo habeo huius libelli supplendi causa mox de omnibus C. Gracchi eiusque amicorum legibus agere.

Adn. [6]) p. 21. Cum Plinius e Verri Flacci quoque libro multa sumpserit (cf. Froehde, l. c., p. 607; O. Mueller. praef. p. XIII, Fest. ed.; cf. or. XI), hoc fere modo inter se cohaerent fontes et rivuli in iis partibus, in quibus C. Gracchi exstant fragmenta:



*) Aelium Stilonem, qui primus Romanorum arti grammaticae et rhetoricae operam dabat (Leo, roem. Litt., p. 362 sqq.) Gracchi orationes iam excerpsisse probari non potest. In Varronis enim reliquiis, qui ex libris eius multa sumpsit, nulla de Gai verbis testimonia exstant nisi duo, unum de lege iudiciaria (cf. Non. p. 454 M., cf. or. XVI), et unum de rogatione aliqua, de qua nihil aliud est traditum (cf. l. c., v. p. 21. adn. 8); alia autem casu ut interierint fieri potest.

Complectamur de fide fontium, quae eruimus: singula quidem verba omnibus locis non esse servata, fragmenta tamen, quae exstant, ex orationibus C. Gracchi[1]) et libellis fluxisse credi posse.

De C. Gracchi dictis.

Praeterea nonnulla ab iisdem scriptoribus afferuntur dicta Gai, quae etiamsi quin ex orationibus orta sint, valde videtur dubium, (?) nota adiecta suo addam loco.

De editionibus nostrae aetatis.

Restat, priusquam ad orationes ipsas pergam, ut de nostrae aetatis editionibus referam. Diu neglecta iacebant oratorum Romanorum fragmenta. Licet collegerit fragmenta Pighius[2]) in historiam Romanam inserendi causa singulis orationibus singula vindicans, addiderit et explicaverit non pauca Fr. Ellendt[3]) in editione Ciceronis Bruti, anno demum 1832[4]) Henricus Meyer separatim edidit diligentissimeque illustravit „Oratorum Romanorum Fragmenta ab Appio inde Caeco et M. Porcio Catone usque ad Q. Aurelium Symmachum." Hanc editionem inscio illo F. Duebner, Parisiis a. 1837, repetivit, et a. 1842 H. Meyer ipse novam prompsit editionem nonnullis additis aut emendatis. Quae ex illo tempore prodierunt editiones:

J. Demarteau: l'éloquence républicaine de Rome d'après les fragments authentiques, Mons 1870,

J. Cortese: Oratorum Romanorum reliquiae. Augustae Taurinorum 1892,

[1]) Etiamsi praenomen nonnumquam deest, tamen, ut aut ex argumento aut ex acerbitate verborum elucet, quin omnia Gaio sint vindicanda, dubium non est. De duobus solis fragmentis Gell. N. A. 20, 6, 10, *misereri uestrum* (inc. III); Char. I, 107, 22 *patres familiae* (inc. IV) id pro certo dici non potest, quod Tiberi quoque servatae erant orationes (Cic. Brut. 103, 104), et fragmenta hodie exstant: Serv. ad Aen. 7, 715: *Gracchi ubique in contionibus*, cf. p. 19, adnn. 2, 3.

[2]) Stephani Vinandi Pighii Annales Romanorum, qui Commentarii vicem supplent in omnes veteres Historiae Romanae Scriptores. Antverpiae MDCXV. tom. tert. Andr. Schottius.

[3]) Brevis eloquentiae Romanae ante Caesares historia, Regimontii 1825; 1844.

[4]) Turici.

A. G. Amatucci: Studi latini. L'eloquenza latina nei primi cinque secoli di Roma, Benevento 1893.

A. Cima: l'Eloquenza Latina prima di Cicerone, Roma 1903 (volumen, quod adhuc prodiit, fragmenta in linguam Italicam versa continet),

et historiae criticae:

A. Westermann: Geschichte der römischen Beredsamkeit, Leipzig 1835,

A. Tartara: J Percursori di Cicerone, Ann. de le Università Toscane 1888, p. 291 sqq. (de Gai eloquentia p. 466—471)[1]) aut priore H. Meyeri aut altera editione fere omnino nituntur, nisi quod auctores velut E. Norden (Die antike Kunstprosa, I. Bd., 2. Aufl., Leipzig und Berlin 1909) et Fr. Leo (Geschichte der Römischen Litteratur, Berlin 1913) e fontibus ipsis exempla hauserunt. Qua in editione cum multa obsolevissent, paucis ante annis Vratislaviae ordo philosophorum universitatis[2]) ut „oratorum Romanorum fragmenta aut omnia aut liberae rei publicae colligerentur, recenserentur, explicarentur" civibus academicis proposuit. Praemium cepit M. Krueger, qui anno 1909 dissertationem „de M. Antonio et L. Licinio Crasso oratoribus" publicavit novamque oratorum Romanorum editionem praeparandam suscepit. Ille roganti mihi liberaliter concessit, ut huius libri in usum C. Gracchi reliquias retractarem.

---

[1]) A. Berger, V. Cucheval: Histoire de l'éloquence latine depuis l'origine de Rome jusqu'à Cicéron, (Paris 1872), editio III., 1892 praesto mihi non fuit.

[2]) cf. M. Krueger, p. 1.

Vita.[1]

C. Sempronius Ti. f. Gracchus[2] ad a. 600/154 natus est[3] ex patre Ti. Sempronio Graccho (cos. 577/177. 691/163), matre Cornelia, filia P. Corneli Scipionis Africani maioris.[3]

a. 616/138 prima stipendia fecit.[4]

Testimonia:

[1] βίον C. Gracchi scripsit Plutarchus (835 sqq. Vulcobius); C. Sintenis ed. mai. 1843, vol. III, ed. min. 1899, vol. IV; de aliis edd. cf. l. c. p. XVIII sqq. et p. XX), de tribunatu eius egit Appianus in historia Romana I, 21, 88—26, 120 (ed. P. Viereck, Teubner. 1905), ex Diodori opere (Posidoni) nonnulla de illo servata sunt fragmenta l. 34/35, 24—30 (ed. L. Dindorf, Lips. 1868). Apud auctores Romanos pauca inveniuntur. (cf. testimonia.) De nostrae aetatis operibus videas velim conspectum librorum. De fontibus cf. p. 18, adn. 4. [2]) cf. p. 26, test. 2.

[2] Char. gramm. I, 82, 7 (= Plin. de dub. serm., p. 47 B): *Graccus . . . . sine adspiratione dici debere Varro ait, ... sed consuetudo Gracchos . . . . . cum adspiratione usurpavit.*

[3] Plut. l. c. 22 (1) 2: ἐννέα . . . . ἐνιαυτοῖς ἐλείπετο τ' ἀδελφοῦ καθ' ἡλικίαν, ἐκεῖνος δ' οὔπω τριάκοντα γεγονὼς ἀπέθανεν (a. 621/133); de parentibus cf. Plut. l. c. 1, 1; cf. p. 108.

[4] Plut. l. c. 23 (2) 4: ἐστρατεῦσθαι . . . δώδεκα ἔτη (a. 630/124) (cf. or. VI) dixit, postquam duos annos functus est quaestura.

a. 621/133 ex lege Sempronia agraria triumvir a. d. i. a. factus est.[1/2] cum in castris ante Numantiam positis Scipione Aemiliano consule erat.

a. 628/126 quaestor creatus sortitus est Sardiniam provinciam, ubi L. Aurelio Oreste imperatore biennio mansit.[3]

a. 630/124 ineunte aestate sua sponte Romam reversus primum a censoribus est accusatus,[4] tum in iudicium, quod Fregellanos ad defectionem incitasset,[5] vocatus est.

Utriusque rei absolutus tribunatum petivit.[6]

a. 631/123 tribunus plebis.[7] Summam assecutus est potentiam.

a. 632/122 tribunus plebis iterum.[7] Triumvir coloniae in Carthaginem deducendae ex lege Rubria factus 70 dies in Africa

Testimonia:

[1] Plut. l. c. 13, 1 αἱροῦνται δὲ τρεῖς ἄνδρες ἐπὶ τὴν διάκρισιν καὶ διανομήν, αὐτὸς Τιβέριος (trib. pl. a. 621/133) . . . . καὶ Γάϊος Γράγχος ὁ ἀδελφός, οὐ παρὼν οὗτος ἀλλ' ὑπὸ Σκηπίωνι πρὸς Νομαντίαν στρατευόμενος. App. b. c. I, 13, 55; Liv. per. 58, Vell. 2. 2, 3, qui Tiberium ipsum triumviros elegisse tradunt.

[2] Termini Gracchani C. I. L. I^1 552—556; 583; 1504; X, 3861, I^2 639 sqq.; Dessau Insc. sel. 24 sqq.

[3] cf. orr. III, IV, V, VI.

[4] cf. orr. V, VI.

[5] cf. or. VII.

[6] cf. or. VIII. Plut. l. c. 24 (3) 1: ὁ δὲ πᾶσαν ὑποψίαν ἀπολυσάμενος . . . . εὐθὺς ἐπὶ δημαρχίαν ὥρμησε; 24 (3) 2: τοσοῦτον . . . ἐξεβιάσαντο τὸν δῆμον οἱ δυνατοί . . . ὅσον οὐχ . . . πρῶτον ἀλλὰ τέταρτον ἀναγορευθῆναι Oros. 5, 12,3: *eodem anno* (L. Caec. Metello et Q. Titio Flaminino coss. i. e. 631/123) *C. Gracchus per tumultum creatus* . . . Aliter App. b. c. I, 21, 88, 89.

[7] De Gai tribuno plebis cf. J. Niccolini (Studi Storici IV, Torino 1895), „Fasti trib. pl.“, p. 334 sqq.; Max Ziegler (Gymn. Programm, Ulm 1903), „Fasti trib. pl. ab a. 133 usque ad a. 70“, p. 5 sqq.

Plut. l. c. 29 (8) 1 Γάϊος . . δήμαρχος ἀπεδείχθη τὸ δεύτερον; App. b. c. I, 21, 90, cf. or. XV.

versatus Maio fere mense Romam rediit.[1] In tribuniciis comitiis tulit repulsam.[2]

a. 633/121 ‚vel sua vel servi manu‘ interiit. Tumultus enim, cum optimates leges C. Gracchi abrogare conarentur, orti sunt.[3]

Testimonia:

[1] Plut. l. c. 31 (10) 1: ἐπεὶ δὲ Ῥουβρίου τῶν συναρχόντων ἑνὸς οἰκίζεσθαι Καρχηδόνα γράψαντος (de legis tempore cf. p. 85), κλήρῳ λαχὼν ὁ Γάϊος ἐξέπλευσεν εἰς Λιβύην ἐπὶ τὸν κατοικισμόν; aliter App. b. c. I, 24, 102: ὁ δὲ τοῦ δημοκοπήματος ἐκπεσὼν ἐς Λιβύην . . . διέπλευσεν ἐψηφισμένης κατὰ δόξαν εὐκαρπίας ἐς Λιβύην ἀποικίας καὶ τῶνδε αὐτῶν οἰκιστῶν (cum Gaio Flaccum Carthaginem esse profectum refert Appianus, Flaccum Romae mansisse Plutarchus) ἐπίτηδες ᾑρημένων, ἵνα μικρὸν ἀποδημούντων ἀναπαύσαιτο ἡ βουλὴ τῆς δημοκοπίας. Plut. l. c. 32 (11) 2 ὁ Γάϊος ἡμέραις ἑβδομήκοντα ταῖς πάσαις ἐπανῆλθεν εἰς Ῥώμην . . . cf. Kornemann p. 44.

[2] Plut. l. c. 33 (12) 3: ἐκ τούτου καὶ τὴν τρίτην ἔδοξε δημαρχίαν ἀφῃρῆσθαι. Hoc enim factum esse, quod Gaius collegarum animos offendisset, refert Plutarchus. Re autem plebis favorem amiserat, quod M. Livius Drusus, trib. pl. a. 632/122 leges, quae magis populo placebant, promulgaverat. (Plut. l. c. 30 (9) sqq., App. I, 23, 101 cf. p. 83), et equites ab eo abalienati erant, cum ex eo, quod ipse Latinis sociisque favebat (cf. or. XXI), tum quod, *spes societatis* (cum senatu ineundae) *eos a plebe dimoverat!* (Sall. Iug. 42, 1; Ed. Meyer p. 433).

[3] cf. or. XXII. De tempore cf. App. b. c. 113: ὃς ἐπεδήμει τῶν ὑπάτων Ὀπίμιος; cf. Plut. l. c. 34 (13) 1 θεριστάς; cf. Ed. Meyer, p. 414, n. 1. — De tumultibus tam inter se differunt testimonia, ut quemadmodum re vera orta sit seditio, enucleari non possit. Neque simplex de Gracchi morte tradita est memoria, sed ut fit in turbulentarum rerum auctoribus, alii alia tradiderunt. Itaque satis habeo enumerare testimonia, de quibus, quomodo inter se consentirent aut discreparent, diligentissime egerunt imprimis Ed. Meyer et Kornemann. (cf. Kornemann pp. 11, 15, 16).

a) Auct. ad Her. IV, 22, 31; 54, 67; Sall. Iug. 42, 1; 16. 2; 31, 7;

Corpus eius capite exciso[1] vel in Tiberim deiectum est (Plut. l. c. 38 (17), 4; Vell. 2, 6, 7), vel Misenum latum ad Corneliam matrem. (Oros. 5, 12, 9).

Testimonia:

b) Cic. de orat. II, 132; Cat. I, 4; IV, 13; de domo 102; Phil. VIII, 14; Liv. per. 61; Val. Max. 4, 7, 2; 5, 3, 2f; 6, 8, 3; Vell. 2, 6, 6; 2, 7, 2; Macr. 1, 11, 25; Oros. 5, 12, 5—8; de vir. ill. 65, 5; 72, 9; Florus 2, 3, 4; Plin. n. h. 14, 55; Schol. Bob. de aere al. Mil. f. XXIII (p. 174 Stangl); Aug. de civ. dei l. III, 24; Landolf Sagax (Mon. Germ. Hist. II, II, p. 261/62) ex Orosio.

c) Plut. l. c. 34 (13), 13 sqq.; App. b. c. I, 24, 106 sqq.

d) Diod. (Posidonius) 34, 28a; 29.

[1] b) Cic. de orat. II, 269; Val. Max. 9, 4, 3; 6, 3, 1d; Vell. 2, 6, 5; Plin. n. h. 33, 48; Florus 2, 3, 6; Oros. 5, 12, 9; de vir. ill. 65, 6.

c) Plut. l. c. 38 (17), 3; App. b. c. I, 119.

d) Diod. 34, 29. (cf. K. Ziegleri adnotatio ad Plutarchi locum).

(Nomina eorum auctorum, qui similiter de rebus Gracchanis iudicant, coniunxi: a) a popularibus stant, b) Gracchorum res saepe condemnant, b) non omnem detrahunt Gracchis laudem, d) nobilium partes secutus quam maxime utrumque fratrem vituperat Posidonius. [cf. Plut. l. c. p. XV; cf. Cauer p. 600 sqq.]).

Orationes.

Testimonia.

Cic. Brut. 33, 125 sqq.[1]): *‚Sed ecce in manibus vir et praestantissimo ingenio et flagranti studio et doctus a puero C. Gracchus. Noli enim putare quemquam, Brute, pleniorem aut uberiorem ad dicendum fuisse.‘ Et ille: ‚Sic prorsus‘, inquit, ‚existimo atque istum de superioribus paene solum lego.‘ ‚Immo plane‘ inquam, Brute, legas censeo. Damnum enim illius immaturo interitu res Romanae Latinaeque litterae fecerunt. Utinam non tam fratri pietatem quam patriae praestare voluisset. Quam ille facile tali ingenio, diutius si vixisset, vel paternam esset vel avitam gloriam consecutus. Eloquentia quidem nescio an habuisset parem neminem. Grandis est verbis, sapiens sententiis, genere toto gravis. Manus extrema non accessit operibus eius; praeclare incohata multa, perfecta non plane.‘ ‚Legendus‘, ‚inquam, est hic orator, Brute, si quisquam alius, iuventuti; non enim solum acuere sed etiam alere ingenium potest.‘*[2]) Laudes.

86, 296 (Atticus): *‚Carbonem in summis oratoribus habitum scio; sed cum in ceteris rebus tum in dicendo semper, quo iam nihil est melius, id laudari, qualecumque est, solet. Dico idem de Gracchis, etsi de eis ea sunt a te dicta, quibus ego adsentior.‘*

C. Rab. perd. 5, 14[3]): *An pietas tua* (Labieni, qui Rabirium accusavit) *maior quam C.* (*C.* k. [cod. Paris. 7779], om. cett.). *Gracchi an animus, an consilium, an opes, an auctoritas, an eloquentia? quae si in illo minima fuissent, tamen prae tuis facultatibus maxima putarentur. Cum vero his rebus omnibus C. Gracchus omnis vicerit, quantum intervallum tandem . . . . . .*

Hor. ep. II, 2, 89: *Gracchus ut hic illi foret, huic ut Mucius ille* (cf. Vollmer[2], ind.).

---

[1]) [3]) In ‚Rhetoricis‘ Ciceronis laudandis et ‚Orationibus‘ usa sum editione Oxonii prolata, 1901 sqq. Valde utilis mihi fuit ‚Brutus‘, ed. Jahn-Kroll, Berol. 1908.

[2]) Omnem locum exscripsi quamquam alia ad alia huius partis libelli mei pertinent, quod, quae de Gai eloquentia senserit Cicero, optime illustrat.

Liv. per. 60, 10 (ed. O. Roßbach, Lipsiae 1910) < *C* > (add. Frobenius) *Gracchus, Tiberi frater, trib. plebis, eloquentior quam frater* . . .

Val. Max. 8, 10, 1 (ed. C. Kempff, Lipsiae 1888): *C. Gracchus eloquentiae quam propositi felicioris adulescens* . . .

Vell. Pat. 2, 6, 1 (ed. R. Ellis, Oxonii 1898): *Decem deinde interpositis annis, qui Ti.* (T. A. [Amerbachii apogr. cod. Murbacensis]; P. [ed. princ. a. 1520]) *Gracchum, idem Gaium* (*C.* A. P.) *fratrem eius occupavit furor, tam virtutibus eius omnibus quam huic errori similem, ingenio etiam eloquentia longe praestantiorem* (cf. 1, 17, 3; 2, 9, 1).

Quint. inst. orat. 1, 10, 27, cf. p. 37.

Gellius, N. A. 11, 13, 10: *,Haec ego', inquit, ,admonui* (cf. or. X, fr. a) *non ut C. Graccho vitio darem — dii enim mentem meliorem mihi! nam si quicquam in tam fortis facundiae viro vitii vel erroris esse dici potest, id omne et auctoritas eius exhausit et vetustas consumpsit.'*

Fronto p. 145 (ad M. Antonium (?) de Eloquentia): *Immortales seirint* (ita cod.; *dei siverint* Maius) *comitium et rostra et tribunalia Catonis et Gracchi et Ciceronis orationibus celebrata hoc potissimum saeculo conticiscere?*

Plut. l. c. 22 (1) 2: ἀπέδειξε τοὺς ἄλλους ῥήτορας παίδων μηδὲν διαφέροντας.

Cassius Dio fr. 85 (ed. U. Boissevain, Berol. 1895): οὗτος (Gaius) δὲ ταραχώδης τε φύσει ἦν . . . . τῇ δὲ δὴ παρασκευῇ τῶν λόγων πολὺ αὐτοῦ (Tiberio) προέφερε.

Mart. Capella ,de Rhetorica' (Halm Rhet. Lat. Min., Lipsiae 1863) p. 453, 1: . . . . *in togatis* (oratorum) *agminibus * Sosantios* (codd.; *Crassos, Antonios* coni. Kopp, *Catones* Halm), *Gracchos, Regulum* (,corruptum videtur' Halm), *Plinium Frontonemque.*

Quam diu servatae sint orationes. De editionibus.

Cic. Font. 17, 39: *Exstat oratio hominis, ut opinio mea fert, nostrorum hominum longe ingeniosissimi atque eloquentissimi, C. Gracchi.*

(cf. testimonia supra allata, Brut. 125 etc.) Cic. Flacco 29, Cic. Tusc. III, 48; schol. Bob. Flacco X (Stangl p. 96) cf. p. 72.

Fronto p. 105 (M. Antonius ad Frontonem): *Mitte mihi aliquid, quod tibi disertissimum videatur, quod legam, vel tuum, aut* (*vel* Maius) *Catonis aut Ciceronis aut Sallusti aut Gracchi aut poetae alicuius* . . . .

cf. quae attuli ex ,Frontonis' epp. p. 9 et p. 10.

Gell. 10, 3, 2: *Legebamus adeo nuper orationem Gracchi* . . .

Gell. 11, 13, 1: *Apud Titum Castricium, disciplinae rhetoricae doctorem, legebatur oratio C. Gracchi in P. Popilium* . . .

Quomodo in scholis rhetoricis et in singulorum studiis tractatae sint orationes.

Auct. ad Her. 4, 1, 2: . . . *cum possimus ab Ennio sumere aut a Gracco ponere exemplum, videtur esse adrogantia illa relinquere, ad sua devenire.*

4, 2, 2: *Quid? ipsa auctoritas antiquorum non cum res probabiliores, tum hominum studia ad imitandum alacriora reddit? Immo erigit omnium cupiditates et acuit industriam, cum spes iniecta est posse imitando Gracci aut Crassi consequi facultatem.* cf. 4, 5, 7.

Cic. de orat. I, 34, 154 (a. 663/91 est fictum dialogi tempus. Crassus): *,In cotidianis autem commentationibus equidem mihi adulescentulus* (a. 614/140 n.) *proponere solebam illam exercitationem maxime, qua C Carbonem nostrum illum inimicum solitum esse uti sciebam, ut aut versibus propositis quam maxime gravibus aut oratione aliqua lecta ad eum finem, quem memoria possem comprehendere, eam rem ipsam, quam legissem, verbis aliis quam maxime possem lectis, pronuntiarem; sed post animadverti hoc esse in hoc viti, quod ea verba, quae maxime cuiusque rei propria quaeque essent ornatissima atque optima, occupasset aut Ennius, si ad eius versus me exercerem, aut Gracchus, si eius orationem mihi forte proposuissem: ita si eisdem verbis uterer, nihil prodesse; si aliis, etiam obesse, cum minus idoneis uti consuescerem.'*

cf. Gell. 11, 13, 1 s. a., Gell. 10, 3 (p. 60), ubi *contentio ex C. Gracchi et M. Ciceronis et M. Catonis orationibus* facta est.

De imitatoribus Gai.

Scholiasta Bobiensis Ciceronem in oratione pro P. Sulla, 26, Gracchi orationis *de legibus promulgatis* initium imitatum esse putat.[1]) (Schol. Bob. § 26 p. 81 Stangl) cf. Or. IX, fr. a.

[1]) Argumentum quidem Ciceronis verborum simile ac Gracchi est, constructio dissimilis.

De C. Gracchi schemate a posterioribus adhibito cf. or. XXIV, p. 89, cf. p. 12.

De educatione.

Cic. Brut. 210 ,... *magni interest, quos quisque audiat cotidie domi, quibuscum loquatur a puero, quem ad modum patres, paedagogi, matres etiam loquantur.*

211: *Legimus epistulas Corneliae*[1]) *matris Gracchorum: apparet filios non tam* < *in* > *gremio educatos quam in sermone matris.*

Plut. l. c. 1, 3: .... καὶ δύο υἱούς .... οὕτως φιλοτίμως ἐξέθρεψεν *(Cornelia)* ὥστε πάντων εὐφυεστάτους Ῥωμαίων ὁμολογουμένως γεγονότας πεπαιδεῦσθαι δοκεῖν βέλτιον ἢ πεφυκέναι πρὸς ἀρετήν. cf. Ti. et C. Gr. 41 (Comp. I), 1.

De magistris et de studiis rhetoricis.

Cic. Brut. 104: ,*Fuit Gracchus* (*Gracchus* L, *Ti. Gracchus* Stangl) *diligentia Corneliae matris a puero doctus et Graecis litteris eruditus. Nam semper habuit exquisitos e Graecia magistros, in eis iam adulescens Diophanem Mytilenaeum Graeciae temporibus illis disertissimum.*'

Quod de Tiberi educatione hic refert Cicero, de fratris etiam ponere possumus. (cf. Brut. 125 s. a.)

Brut. 100: ,*Audivi equidem ista*' (orationem *de sociis et nomine Latino*, quam habuit Fannius [cf. or. XXI] non ab eo ipso, sed a C. Persio vel a multis nobilibus conscriptam esse), *inquam*, ,*de maioribus natu, sed numquam sum adductus ut crederem .... nec de Persio reticuisset Gracchus, cum ei Fannius de Menelao Maratheno*[2]) *et de ceteris obiecisset.*'

---

[1]) de vita Corneliae cf. Muenzer P. W. R. E. IV, I, p. 1592 sqq. (407). Id autem, quod ille putat has (easque a Charisio laudatas cf. or. XI fr., var. lect.) easdem esse litteras ac illas, e quibus fragmenta affert Cornelius Nepos (cf. Peter, hist. Rom. Rell., 1906 Lips. vol. II, p. 38, 24 sqq., p. XXXXV, adn. 1) nondum persuasum mihi habeo, quod et Latinitas illorum, quae dicuntur, Corneliae fragmentorum, recentior mihi videtur, ac filii (e. g. Cornelia ,*potest*', Gaius ,*potestur*', cf. or. XII fr. b.), et cum moribus Corneliae parum consentire videntur verba a Cornelio Nepote allata. — De re conferas velim Schanzium (R. Litt. I, 1³, p. 306, p. 309), ubi invenies nomina eorum quoque, qui eadem atque ego sunt sententia.

[2]) erat fortasse Gai magister, cf. Norden, p. 171. Susemihl, Gesch. d. griech. Litt. in d. Alexandrinerzt. Leipz. 1892, II, p 48.

Plut. l. c. 22 (1) 2, cf. p. 7, adn. 3.

Orationes de exordiis.[1])

Serv. Verg. Aen. 11, 301 (ed. Thilo et Hagen, Lips. 1884, vol. II): ... *maiores nullam orationem nisi invocatis numinibus inchoabant, sicut sunt omnes orationes Catonis et Gracchi; nam generale caput in omnibus legimus.* (cf. inc. VI.)

Aug. rhet. 19. (Halm), p. 149, 21 (de exordiis dicens nonnulla Ciceronis attulit): *Quae omnia huius modi sunt, ut actor et splendore suo et rebus his, de quibus locuturus est, quasi honestissimis videatur merito confidere. Pleraque huius modi exordia aput G. Gracchum, quanto nobilior is fuit,* < *tanto maioris sunt* > (suppl. Halm) *spiritus.*

de negotialibus.[1])[2])

C. Iul. Vict. rhet. 4, 4. (Halm), p. 389, 19: *Dividuntur negotiales,*[2]) *quae in legum et rogationum lationibus reperiuntur, primo quidem ab obscuritate si nobis materia largitur, ut Marcus Tullius de lege agraria facit, et Cato saepe et saepissime Gracchus.*

de brevitate.[1])

Plin. epist. I, 20, 1 (ed. Kukula, Lips. 1913): *1. Frequens mihi disputatio est cum quodam docto homine et perito, cui nihil aeque ... ut brevitas placet ..... 4. Hic ille mecum auctoritatibus agit ac mihi ex Graecis orationes Lysiae ostentat, ex nostris Gracchorum Catonisque, quorum sane plurimae sunt circumcisae et brevis: ego .... Gracchis et Catoni Pollionem, Caesarem, Coelium, in primis M. Tullium oppono.*

De verborum ubertate atque de dicendi gravitate.

Cic. Brut. 125: ,*noli enim putare quemquam, Brute, pleniorem aut uberiorem*[3]) *ad dicendum fuisse*'.

126: ,*grandis est verbis, sapiens sententiis, toto genere gravis.*'[4])[5]).

---

[1]) cf. p. 40 et 41.

[2]) Cic. inv. I, 11: *pars negotialis est, in qua quid iuris ex civili more et aequitate sit, consideratur.*

[3]) ,ubertatem' laudat Cicero contra Atticorum ,exilitatem' cf. Brut. 284 sqq.

[4]) τὴν λέξιν ἁδρός, τὰ ἐνθυμήματα σοφός, πάντως δεινὸς τὸ γένος vertit Leo, p. 308 adn. 3; cf. p. 221, 1.

[5]) de gravi genere dicendi cf. Cic. orat. 96—99: *tertius est ille* (orator) *amplus* (cf. μεγαλοπρεπής; v. Krolli [ed. 1913] adnotationem ad locum, γεγανωμένος [Plut. v. infra]), *copiosus, gravis, ornatus, in quo perfecto vis maxima est .... 97 huius eloquentiae est tractare animos ... haec ... inserit novas opiniones, evellit insitas.*

Tamen primas Cicero non tribuit C. Graccho, sed Antonio Crassoque, postea Cottae, . . . Hortensio (sibique):

Brut. 333: ‚*Galba fuit inter tot aequalis unus excellens . . ., Lepidus postea, deinde Carbo*[1]) — *nam Gracchi in contionibus multo faciliore et liberiore genere dicendi — quorum tamen ipsorum ad aetatem laus eloquentiae perfecta nondum fuit; Antonius Crassus, post Cotta, Sulpicius, Hortensius nihil dico amplius . . .*‘

Tac. dial. de or. 18, 3 (ed. A. Gudeman, Teubner 1914). *Sic Catoni seni comparatus C. Gracchus plenior et uberior, sic Graccho politior et ornatior Crassus . . . . . .*

Plut. l. c. 2, 3: ὁ δὲ Γαΐου (λόγος) πιθανὸς καὶ γεγανωμένος (γεγανωμένος = μεγαλοπρεπής R. Jeuckens „Plutarch von Chaeronea und die Rhetorik“ Diss. Straßburg 1907, p. 177).

cf. Fronto p. 54.

De compositione.

Cicero (orat. 233) sententiae constructionem numerorum causa vituperat. cf. or. V, fr. a, p. 51.

Quint. inst. orat. 9, 4, 15. *Idem* (Cicero) *corrigit, quae a Graccho composita durius putat. Illum decet: nos hac sumus probatione contenti, quod in scribendo, quae se nobis solutiora obtulerunt, componimus.*

Gell. 11, 13, 2: *In eius orationis* (cf. or. X) *principio conlocata verba sunt accuratius modulatiusque, quam veterum oratorum consuetudo fert.*

Exilitatem autem eius vituperat 10, 3, 1: . . . . *sed quod nonnullis videtur severior, acrior ampliorque esse M. Tullio* (hoc est Gelli aequalium iudicium), *ferri id qui potest* . . . . Deinde partibus orationis ‚*de legibus promulgatis*‘ allatis (cf. or. IX, fr. b) 4: *in tam atroci re ac tam misera* . . . ., *equid est, quod aut ampliter insigniterque aut lacrimose atque miseranter aut multa coposiaque invidia gravique et penetrabili querimonia dixerit? brevitas sane et venustas et mundities orationis.*

6: *haec quidem oratio super tam violento atque crudeli facinore nihil profecto abest a cotidianis sermonibus.* Tum locum

[1]) de Carbonis (Ti. Gracchi) eloquentia, cf. Brut. 104.

Ciceronianum (Verr. 5, 62, 161) et Catonianum ‚*de falsis pugnis*‘ comparat. cf. p. 60 sqq.

cf. Gell. 10, 3, 15.

De impetu oratoris.

Val. Max. 8, 10, 1: *flagrantissimo ingenio.*

cf. Iul. Par. ep.

Tac. dial. 26, 1: *Ceterum si omisso optimo illo et perfectissimo genere eloquentiae eligenda sit forma dicendi, malim hercule C. Gracchi impetum aut L. Crassi maturitatem quam calamistros Maecenatis aut tinnitus Gallionis* . . . .

Plut. l. c. 2, 3: . . . ὁ λόγος τοῦ μὲν Γαΐου φοβερὸς καὶ περιπαθὴς εἰς δείνωσιν. cf. 24 (3), 2.

Fronto, p. 114: *Contionatur autem Cato infeste, Gracchus turbulente, Tullius copiose. Iam in iudiciis saevit idem Cato, triumphat Cicero, tumultuatur Gracchus, Calvus rixatur.*

M. Caesaris ad Frontonem ep. II, p. 61, cf. p. 10; cf. Apul. Ap. § 95.

Claud. Mam. epist. 2 (ed. A. Engelbrecht, Corp. Vind. 1885), p. 206, 1: . . . . *Gracchus* (tibi) *ad acrimoniam . . . . Cicero ad eloquentiam capessendam usui sint.*

Quanta acerbitate in adversarios invectus sit (cf. p. 98).

Cic. Font. 39, cf. or. XIV, test. b, p. 71.

Schol. Bob. pro Flacco fr. X (Stangl, p. 96), cf. or. XIV, test. c, p. 72.

Plut. l. c. 25 (4), 3: τοιαύτη μὲν ἡ πικρία τῶν λόγων ἦν αὐτοῦ, καὶ πολλὰ λαβεῖν ἐκ τῶν γεγραμμένων ἐστὶν ὅμοια.

De actione.

Cic. de orat. III, 56, 213 sqq. (Crassus): ‚*Ex quo satis significavit, quantum esset in actione, qui* (Aeschines) *orationem eandem aliam fore putarit actore mutato. Quid fuit in Graccho, quem tu melius, Catule, meministi . . . .*‘ cf. or. XXIV. fr. p. 88. ‚*Quae sic ab illo esse acta constabat oculis, voce, gestu, inimici ut lacrimas tenere non possent.*‘

cf. Quint. inst. orat. 11, 3, 8 sqq.

cf. Quint. (e Cicerone) inst. orat. 11, 3, 115 sqq.

C. Iul. Vict. (e Quintiliano), p. 443, 2; cf. pp. 13, 88.

Plut. l. c. 2, 2: πρῶτον μὲν οὖν ἰδέᾳ προσώπου καὶ βλέμματι καὶ κινήματι πρᾷος καὶ καταστηματικὸς ἦν ὁ Τιβέριος, ἔντονος δὲ καὶ σφοδρὸς ὁ Γάϊος, ὥστε καὶ δημηγορεῖν τὸν μὲν ἐν μιᾷ χώρᾳ βεβηκότα

κοσμίως, τὸν δὲ Ῥωμαίων πρῶτον ἐπὶ τοῦ βήματος περιπάτῳ τε χρήσασθαι καὶ περισπάσαι τὴν τήβεννον ἐξ ὤμου λέγοντα, καθάπερ Κλέωνα τὸν Ἀθηναῖον ἱστόρηται περισπάσαι τε τὴν περιβολὴν καὶ τὸν μηρὸν ἀλοῆσαι πρῶτον τῶν δημηγορούντων.[1])

Cass. Dio fr. 85, 2: πρῶτός τε (Gaius) ἐν τοῖς συλλόγοις μεταξὺ δημηγορῶν ἐβάδιζε, καὶ τὸν βραχίονα πρῶτος ἀπεγύμνωσεν, ὥστε μηδέτερον αὐτῶν κακὸν ἐξ ἐκείνου νομισθῆναι (!).

De voce et de fistulatore,[2]) quem C. Gracchus adhibuit.

Cic. de orat. III, 60, 224 sqq. (Crassus): ‚*Ad actionis autem usum atque laudem maximam sine dubio partem vox obtinet* . . . . *ad vocem obtinendam nihil est utilius quam crebra mutatio* . . . .

225 . . . *Itaque idem* (*idem* L [vulg]; *et idem* M [cons. cod. Abrincensis 238, cod. Erlangensis 848, cod. Harleianus 2736]) *Gracchus, quod potes audire, Catule, ex Licinio cliente tuo, litterato homine, quem servum sibi ille habuit ad manum, cum eburneola solitus est habere fistula qui staret occulte post ipsum, cum contionaretur, peritum hominem, qui inflaret celeriter eum sonum, quo illum aut remissum excitaret aut a contentione revocaret* . . . . .‘

Deinde paucis interiectis ‚*mitte, obsecro*‘, *inquit* ‚*Crasse*‘ *Iulius* (L. Iulius Caesar) ‚*sermonem istum et te ad Gracchi fistulam refer* 227, *cuius ego nondum plane rationem intellego*‘. ‚*In omni voce*‘ *inquit Crassus* ‚*est quiddam medium, sed suum cuique voci: hinc gradatim ascendere vocem* [*utile*] *et* (*utile et* om. M.) *suave est — nam a principio clamare agreste quiddam est —, et idem illud ad firmandam est vocem salutare; deinde est quiddam contentionis extremum, quod tamen interius est, quam acutissimus clamor, quo te fistula progredi non sinet, et iam* (*et iam* editores, *et tamen* codd.) *ab ipsa contentione revocabit; est*

[1]) cf. Norden, p. 171.

[2]) cf. E. Norden, p. 57, p. 171₂; R. Büttner: „Porcius Licinus . . .“, Lpz. 1893, 80 sqq. contulit locos ad hanc rem pertinentes et optime interpretatus est, errat autem cum sententiam relativam ‚quem servum . . . .‘ ex verbis ‚ex Licinio, c. A. l. h.‘ pendere neget. cf. Rothstein, W. f. kl. Ph. 1893, 1399.

item contra quiddam in remissione gravissimum quoque (*quoque* L., *quod* M.) *tamquam sonorum gradibus descenditur. Haec varietas et hic per omnis sonos vocis cursus et se tuebitur et actioni adferet suavitatem.*‘

Hoc ex loco pendent omnia, quae sequuntur testimonia: Quint. inst. orat. 1, 10, 27 (ed. Radermacher, Lips. 1907 — VI): *age, non habebit in primis curam vocis orator? quid tam musices proprium?* . . . . *uno interim contenti simus exemplo C. Gracchi, praecipui suorum temporum oratoris, cui contionanti consistens post eum musicus fistula, quam* τονάριον *vocant, modos, quibus deberet intendi, ministrabat* (codd. Bernensis 351, Bambergensis M. 4, 14, Nostradamensis Paris. lat. 18527; *monstrabat* Ambrosianus, Halm).

Val. Max. 8, 10, 1: *C. Gracchus* . . . . . . *quotiens apud populum contionatus est, servum post se musicae artis peritum habuit, qui occulte eburnea* (*eborea* marg. A e cod. Vat. Par. n. 4929, at v. Gell. 1, 11, 16) *fistula pronuntiationis eius modos formabat aut nimis remissos excitando aut plus iusto concitatos revocando, quia ipsum calor atque impetus actionis attentum huiusce temperamenti aestimatorem esse non patiebatur.*

Plutarchus autem sententiam Ciceronis verborum plane perturbavit, nam l. c. 2, 4 et ‚de cohibenda ira‘ (Mor. 456) ad vocem sedendam modo fistula, qua animus et ira leniretur, Gracchum usum esse legimus.

l. c. 2, 4: ὁ δὲ (Gaius) τραχὺς καὶ θυμοειδής, ὥστε καὶ παρὰ γνώμην ἐν τῷ λέγειν ἐκφερόμενον πολλάκις ὑπ᾽ ὀργῆς τήν τε φωνὴν ἀποξύνειν καὶ βλασφημεῖν καὶ συνταράττειν τὸν λόγον. ὅθεν καὶ βοήθημα τῆς ἐκτροπῆς ἐποιήσατο ταύτης τὸν Λικίννιον οἰκέτην οὐκ ἀνόητον, ὃς ἔχων φωνασκικὸν ὄργανον ᾧ τοὺς φθόγγους ἀναβιβάζουσιν ὄπισθεν ἑστὼς τοῦ Γαΐου λέγοντος, ὁπηνίκα τραχυνόμενον αἴσθοιτο τῇ φωνῇ καὶ παραρρηγνύμενον δι᾽ ὀργήν, ἐνεδίδου τόνον μαλακόν, ᾧ τὸ σφοδρὸν εὐθὺς ἐκεῖνος ἅμα τοῦ πάθους καὶ τῆς φωνῆς ἀνεὶς ἐπραΰνετο καὶ παρεῖχεν ἑαυτὸν εὐανάκλητον. cf. Mor. 456 A.

Neque aliter Cassius Dio fr. 85, 2 . . . . . ἐπειδή γε πολλῇ μὲν πυκνότητι ἐνθυμημάτων πολλῇ δὲ καὶ σφοδρότητι ὀνομάτων

ἐπίπαν ἐδημηγόρει, καὶ ἐκ τούτου οὔτε κατέχειν ῥᾳδίως ἑαυτὸν ἐδύνατο καὶ πολλάκις ἐς ἃ οὐκ ἤθελεν εἰπεῖν ἐξεφέρετο, αὐλητὴν ἐπήγετο, καὶ παρ' ἐκείνου ὑπαυλοῦντός οἱ ἐρρυθμίζετο καὶ ἐμετρίαζεν, ἢ καὶ εἴ πῃ καὶ ὣς ἐξέπιπτεν καθίστατο.

Gellius autem (1, 11, 10 sqq.) Ciceronianum locum ipsum laudans eos, qui mutaverant verborum sententiam, insectatus est.

Amm. Marc. 30, 4, 19 (ed. V. Gardthausen, Lips. 1875): *ut contionaria Gracchi fistula post occipitium desit* . . .

De C. Gracchi arte. (Testimonia nonnullis exemplis illustrantur.)

Haec testimonia Gracchum, quo esset impetu in actione, qua uteretur ubertate copiaque verborum, quanta pro suis temporibus arte construxerit sententias, habendum esse docent in numero eorum oratorum, qui Asiatico, quod dicitur, genere florerent. Quin etiam ut exemplar eius generis eum laudat Cicero. Neque vero id ex testimoniis modo intellegitur, sed etiam probatur fragmentis. Quod Ed. Norden,[1]) quanta arte composita~~e~~ sint fragmenta ab Isidoro (Etym. l. 2, 21, 4, cf. inc. II)[1]) et Gellio (N. A. 11, 13, 1, cf. or. XX, fr. a)[1]) servata disertis verbis exposuit (dico climacem, in qua animadvertas etiam velim ὁμοιοτέλευτον et τρίκωλον, atque bipertitam illam sententiam, cuius utrumque in tricenis binis syllabis continetur membrum, quorum alterum in duos creticos cadit), atque F. Leo[2]) nuperrime de Gai orationibus nonnulla addidit, pauca de elocutionis indole mihi sunt dicenda.

Fragmenta attente perlegentibus nobis perspicitur nullam figuram saepius adhibitam esse quam ἀντίθεσιν[3]):

E quibus e. g. afferam

a) or II. *pessumi*	fratrem meum *optumum.*
b) qui sapientem eum facit, qui . . . . . *prospiciat*	non qui *trucidet.*

[1]) cf. Norden, p. 171 sqq.; quod scribit et *appetistis* et *appetisse,* tricenas singulas syllabos singula membra habere dicit, v. p. 64.

[2]) R. L. 1, p. 307 sqq. De clausulis, p. 309. cf. or. IX, fr. a, p. 59. Ea autem res tum, cum reliqua eius temporis fragmenta edita erunt, retractanda erit.

[3]) Leo igitur non recte mea quidem sententia dixit (adn. 1). „Weniger hervortretend ist Parallelismus und Antithese, aber sehr gesucht in den Sätzen Gell. 11, 10, 4.“

c) pro *suilla?*	*humanam.*
d) or. III. *alias* res	res *publicas.*
e) or. V. *probos improbare*	*improbos probet(!)*
f) or. VI. *quomodo ex usu uestro* (existimabam esse)	*non quomodo ambitioni meae* conducere (ārbĭtrābăr).
g) *seruis*	*liberis.*
h) (ego) *inanes rettuli*	alii *repletas reportauerunt.*
i) or. IX. *nobis* [in] *ostentum*	*iis in usum* (asportatur).

Nonnumquam verbis iisdem litteris exeuntibus magis conspicuae fiunt responsiones:

k) or. VI. (zonas) *plenas* . . . . *extuli*	eas . . . . . *inanes rettuli.*
l) alii . . . . . quas *plenas* (amphoras) *tulerunt*	*repletas* domum *reportauerunt.*

Artificiosissime eadem verba compluries iisdem aut aliis, (cf. Leo l. c.) quae eandem notionem habent, opponuntur in loco a Gellio (11, 10; cf. or. XV) servato, quem, quod etiam optimum dictionis ubertatis exemplum est, et docet, quanta arte a minoribus ad maiora progrediatur orator, breviter tractabo.

I. Hae in eo inveniuntur responsiones:

a) ego ipse . . . . . peto *non pecuniam*	sed *bonam existimationem atque honorem*
b) qui prodeunt dissuasuri petunt *non honorem*	uerum . . . *pecuniam*
c) qui suadent, ut accipiatis petunt *non bonam existimationem*	uerum . . . . *rei familiaris suae pretium et praemium*
d) (qui . . . tacent	ab omnibus pretium accipiunt)
e) *uos*, quom *putatis*, eos . . . remotos esse, impartitis *bonam existimationem*	*legationes* . . . ., quom *putant*, eos . . . . . reticere, *sumptus* atque *pecunias maximas* praebent
f) si tu *loquendo talentum* quaesisti	ego, ut *tacerem*, *decem talenta* . . . . accepi.

II. Deinde, cum ubertas, quae eo efficitur, quod in singulis membris vel in compluribus contentionibus eadem aut similis res mutatis verbis repetitur, (cf. Isocrates) praetermitti possit, — de nulla enim re nisi de adversariorum pecuniae cupiditate loquitur orator, cui suam honoris cupiditatem opponit — copiae verborum exempla exscribam:

sapientia atque uirtute
commoda et rem publicam
bonam existimationem atque honorem
pretium et praemium
eodem loco atque ordine
(accipiunt et fallunt) (adversat.)
sumptus atque pecunias
(*atque* et *et* variat!)

III. Denique, quanta arte a minoribus ad maiora progressus (*,uobis' ,Nicomedes', ,Mithridates' ,omnes'*) cumulet orator hanc orationis partem faceto Demadis dicto! Summam adversariis iniuriam eo affert, quod eos, nobilissimos quidem Romanos, comparat cum venali illo homine.

Satis me significasse his exemplis allatis existimo Gaium optime artem verba eligendi atque collocandi apud magistros Graecos didicisse, *nativa* autem *quadam suavitate* nonnullas eius orationes fuisse intellegimus ex duobus exemplis, quae Gellius (10, 3, 3; 5) affert, ut brevitatem Gracchi vituperet, Catonis Ciceronisque commiserationes praedicet. (cf. or. IX, fr. b, cf. p. 34.) Haec fragmenta breves praebent sententias simpliciter adsertas, in quibus modo, cum elata voce aliquid enuntiare vult, mirabilem in modum verba ponit orator: *,eoque adductus suae civitatis nobilissimus homo M. Marius', ,qui per id tempus magistratum non ceperat, homo adulescens pro legato'.* — Neque vero, qualis elocutio fuerit, modo e testimoniis et exemplis compertum habemus, sed etiam, qua via ac ratione audientibus Gaius persuadere conatus sit. Memoriae enim est traditum deos more maiorum precatum[1]) summo spiritu, velut si iis, de quibus

[1]) Serv. Verg. Aen. 11, 301; cf. p. 33; exemplum non est servatum.

esset dicturus, prorsus confideret, exordium eum fecisse[1]), tum (ut postea Cicero in oratione de lege agraria altera) de singulis legis capitibus disputaret[2]), saepissime quid iuris, quid aequitatis legem suadentem vel dissuadentem exposuisse. Quarum rerum certissimum est testimonium oratio *in P. Popillium Laenatem pro rostris*[3]) habita, cuius exordium neque vi neque impetu caret, cuius alterum fragmentum de iure maiorum valde violato tribunum dixisse docet. Itaque, quamquam acerbissimis verbis in adversarios eum etiam saepe invectum esse constat[4]), tamen Leonem recte iudicasse negaverim dicentem: „nicht die positive Begründung seiner Vorschläge (überwog in seinen Reden), sondern der Angriff auf die festgeschlossenen Reihen der Gegner und einzelne ihrer Häupter, in klug gewendeter Verdächtigung und rücksichtslos gehässiger Invektive..."

Denique e Plini[5]) minoris epistula plurimas Gracchi orationes circumcisas ut Lysiae brevesque fuisse intellegimus. Testimoniis igitur comperimus, quantam admirationem habuerit Gai eloquentia apud antiquos, qualis elocutio fuerit, quales totae orationes, tamen praecipue respicientibus nobis brevi tempore totam rei publicae formam vi quasi verborum actionisque esse permutatum manifestum est summum eum fuisse oratorem.

[1]) Aug. Rhet. cf. l. c. p. 33.
[2]) C. Iul. Vict. cf. l. c. p. 33.
[3]) cf. (or. X) p. 62.
Alia exempla: oratio *,de legibus promulgatis'* (or. IX): Gell. N. A. 9, 14, 16; Festus p. 218, 27, (or. XII): p. 136, 11, ...; (or. XIV): Prisc. II, p. 386, 5; ? ? Florus 2, 4, 1; (or. XXII): App. 1, 92 aliaque.
[4]) cf. imprimis p. 98, adn. 2.
[5]) ep. I, 20, 1; cf. l. c. p. 33.

A. Orationes ante tribunatum habitae.

I. Oratio pro Vettio.[1])

Post annum 621/133, quo Ti. Gracchus interfectus est, et ante annum 623/131, quo C. Papiri Carbonis rogationem suasit C. Gracchus, habita[2]) videtur esse.

Argumentum: Privatam causam Vetti amici egit Gaius eloquentia aliis oratoribus tam praestans, ut plebs quam maxime delectaretur. Cuius rei ille fuerit reus, ignoratur.

Testimonium:

Plut. Ti. et C. Gracchus 22 (1), 1[3]): Γάϊος δὲ Γράγχος ἐν ἀρχῇ μὲν ἢ δεδιὼς τοὺς ἐχθροὺς ἢ φθόνον συνάγων ἐπ' αὐτοὺς ὑπεξέστη τε τῆς ἀγορᾶς καὶ καθ' ἑαυτὸν ἡσυχίαν ἔχων διέτριβεν,[4]) ὡς ἄν τις ἔν τε τῷ παρόντι ταπεινὰ πράττων, καὶ τὸ λοιπὸν οὕτως ἀπραγμόνως βιωσόμενος, ὥστε καὶ λόγον τισὶ καθ' αὐτοῦ παρασχεῖν ὡς δυσχεραίνοντος καὶ προβεβλημένου τὴν τοῦ Τιβερίου πολιτείαν. . . 22 (1), 2: ἐπεὶ δὲ

H. Meyer^{2} or. I (p. 227). [1]) Fortasse fuit idem Vettius, cuius sermonem insectatus est Lucilius: *taceo de Tuscis et Sabinis et Praenestinis quoque, nam ut eorum sermone utentem Vettium Lucilius insectatur.* (Quint. inst. 1, 5, 56: Lucil. ed. Marx, frg. 1322; cf. Cichorius, p. 349; Funaioli, p. 45.) Quis autem fuerit, nescimus.

[2]) De tempore cf. testimonium et oratio II.

[3]) cf. p. 7, adn. 3.

[4]) De otio C. Gracchi cf. Plut. Praec. Ger. Rep. (Moralia 789 F) et App. b. c. I, 21, 88: ἐς πολὺ μὲν ἡσυχάσας ἐπὶ τῇ τοῦ ἀδελφοῦ συμφορᾷ.

Utrumque scriptorem errasse ex fragmentis secundae orationis, quam anno 623/131 diu ante quaesturam petitam dixit orator, clare intellegitur. (cf. p. 15, adn. 2.) Opinionem falsam usque ad tempora recentiora pervulgatam (cf. Lange, III, 28, Niese, p. 171) tandem evellit Ed. Meyer (1. ed., p. 19). (Iam adnotavit A. Haakh.)

προϊόντος τοῦ χρόνου τόν τε τρόπον ἡσυχῇ διέφαινεν ἀργίας καὶ μαλακίας καὶ πότων καὶ χρηματισμῶν ἀλλότριον ὄντα, καὶ τὸν λόγον ὥσπερ ὠκύπτερα κατασκευαζόμενος ἐπὶ τὴν πολιτείαν, δῆλος ἦν οὐκ ἠρεμήσων, δίκην τέ τινι τῶν φίλων φεύγοντι Βεττίῳ συνειπών, τοῦ δήμου συνενθουσιῶντος ὑφ' ἡδονῆς καὶ βακχεύοντος περὶ αὐτόν, ἀπέδειξε τοὺς ἄλλους ῥήτορας παίδων μηδὲν διαφέροντας, εἰς φόβον αὖθις οἱ δυνατοὶ καθίσταντο καὶ πολὺς ἦν ἐν αὐτοῖς λόγος, ὡς οὐκ ἐάσουσιν ἐπὶ δημαρχίαν τὸν Γάϊον προελθεῖν. 3. συντυγχάνει δ' ἀπὸ ταὐτομάτου λαχεῖν αὐτὸν (cod. Par. 1673, αὐτῷ rell. codd.) εἰς Σαρδὼ ταμίαν[1]) Ὀρέστῃ τῷ ὑπάτῳ.[2])

II. Oratio, ut lex Papiria accipiatur.

Annus: 623/131.[3])

Argumentum: C. Papirius Carbo, tribunus plebis, qui eo tempore stabat a popularibus,[4]) de tribunis plebis reficiendis rogationem tulit[5]) (H. Meyer, p. 212), quam acerrime dissuaserunt P. Scipio[6]) Aemilianus et C. Laelius[7]) Sapiens. Quamquam *blanditiis C. Papirius influebat in auris contionis* et C. Gracchus pro lege dixit, tamen est antiquata lex popularis.

Testimonia: a) Liv. per. 59: *Cum Carbo trib. plebi rogationem tulisset, ut eundem tribunum pleb., quotiens vellet, creare liceret, rogationem eius P. Africanus gravissima oratione dissuasit, in qua dixit Ti. Gracchum iure caesum videri.* < *C.* > (addidit Gronovius) *Gracchus contra suasit rogationem, sed Scipio tenuit.*

[1]) de Gai quaestura v. orr. III et IV.

[2]) Fragmenta orationis non exstant, ante Hortensi enim Ciceronisque tempora orationes ad privatas causas pertinentes non sunt publicatae. (Mommsen, R.-Str., p. 429, n. 4.)

[3]) quo anno trib. pl. erat C. Papirius Carbo (M. Ziegler, p. 7). H. Meyer or. II (p. 228).

[4]) a. 623/131 erat triumvir a. d. a. (C. I. L. I^{1} n. 554, 555. ed. 2, 643, 644).

[5]) de lege Daremberg-Saglio III_{II}, 1157 (Cuq.), Dict. des Antiquités Grecques et Rom. Paris. Lex de trib. pl. reficiendis ante Gai tribunatum iam erat perlata. (Plut. l. c. 29 (8) 1; App. b. c. I, 21, 90.) Mommsen, R.St.R. I, p. 473, n. 4; aliter Ed. Meyer, p. 410, n. 3.

[6]) cos. 607/147 et 620/134. C. I. L. I^{2}, p. 148.

[7]) cos. 614/140, l. c., p. 148.

b) Cic. Lael. 96 (ed. C. F. W. Mueller, Teubner 1900).[1]) (a. 625/129 est fictum dialogi tempus): *Quibus blanditiis C. Papirius nuper influebat in auris contionis, cum ferret legem de tribunis plebis reficiendis! Dissuasimus nos* (loquitur Laelius); *sed nihil de me, de Scipione dicam lubentius. Quanta illa, di immortales, fuit gravitas ..... Sed adfuistis, et est in manibus oratio. Itaque lex popularis suffragiis populi repudiata est.*

Fragmenta:[2])

a) Charisius gramm. I, 240, 16 (ex Iuli Romani arte).[3]) ‚Em' *C. Gracchus, ut lex Papiria accipiatur:* ‚Pessumi Tiberium fratrem meum optumum interfecerunt. Em[4]) uidete, quam par pari sin̄*!' *At quidam ‚em' pro en volunt esse, sed decet commemorationi fraternae mortis ingemescere. Itaque mora distinctionis par est ostendere adfectus.*

b) Char. gramm. I, 196, 25 (ex C. Iuli Romani arte, cf. l. c.): ‚Communiter' *C. Gracchus, ut lex Papiria accipiatur:* ‚Qui sapientem eum faciet, qui et uobis et rei publicae et

---

fr. a) v. 10. *em! videte* Keil secutus Charisium.

v. 12. *quam par pari sin̄ at* N (cod. Neapolitanus), *quam par pari sint ut* ω (ed. princ. Neapol. a. 1532), *quam par pari sim* Keil; *quam barbari sint* Marx (Mus. Rhen. 1884 (39), p. 72) optime coniecit.

fr. b) v. 17. *cum faciet qui et vobis* N, *eum faciet qui ut vobis* ω, *eum faciet* Marx l. c.

---

[1]) Hac editione usa sum in Ciceronis de philosophia libris afferendis.

[2]) In fragmentis laudandis, cum Gracchi quidem aetate certa scribendi formula ratioque nondum exstaret, quod elucet ex eo, quod Accius et Lucilius de orthographia scripserunt et plane intellegimus perlegendo illius temporis inscriptiones (ut C. I. L. 1^2 n. n. 583, 584, 585), ut C. Gracchi ratio scribendi certo restituatur, fieri non potest. Quis enim dixerit, utrum *i* an *ei* pro i longa *ioudex* an *iudex*, *dixerunt* an *dixserunt*, *causa* an *caussa*, ille scripserit? (F. Leo l. c. pp. 416, 417, p. 417 n. 1.) Itaque omnia afferam verba orationum eo modo, quo in fontibus leguntur, eas tantummodo scriptiones emovens, quas constat recentiores esse.

[3]) a, b, c, d cf. p. 20 et 22, cf. O. Froehde, p. 585.

[4]) *em* non *en* scripsit C. Gracchus (cf. J. Brix ad Plaut. Trin. v. 3). Primus cum *em* verbi pluralem coniunxit (F. Skutsch, Philol. LIX, p. 497, Kl. Schr. p. 121). cf. or. XXIII fr.

sibi communiter prospiciat, non qui pro suilla[1]) humanam[2]) trucidet.[3])

c) Char. I, 202, 9 (ex C. Iuli Romani arte, cf. l. c.) ‚Iniuriose' *C. Gracchus, uti lex Papiria accipiatur:* ‚Nequaquam iniuriose nobis contumeliam imponi sinatis.'

d) Char. I, 223, 7 (ex C. Iuli Romani arte cf. l. c.) *C. Gracchus, uti lex Papiria accipiatur*: ‚usquequaque curavit.' (propter *usquequaque* laudatur.)

Fragmenta ipsa (a et b) de Tiberio interfecto verba fecisse oratorem evidentissime probant.[4]) Neque cum alterum tribunatum appetens ille necatus esset, quin de morte eius hac in actione commemoraretur, fieri potuit. Vera igitur, quod pertinet ad rem, a Livio (cf. test. a) tradita videntur. Quae auctores antiqui, ut magis iis rebus, quas animo sibi proposuerant, aptarent, permutaverunt, alia cum fabella coniunxerunt, rhetorice

---

v. 1. *non qui pro sylla humanum* N, Keil, *non qui pro Sylla hominem* ω, *o non qui pro sullam humanam* Cauch(ionis) in exc(erptis) (Char. Add., p. 609), *non qui pro suilla humanam* Jordan (Hermes VI, p. 494), Woelfflin (Arch. f. lat. Lex. IX, p. 354).

fr. c) v. 4. *ne quam iniuriose* Cauch. exc.

---

[1]) Saepius etiam apud scriptores Latinos sus homini opponitur: Nonius (I, p. 120, 20 M.): *Varro Prometheo Libero* (435): .... *nisi non forum hara atque homines, qui nunc, plerique sues sunt existimandi. Cicero in Pisonem* (37): *ex hara producte, non schola.* cf. A. Otto: „Die Sprichwörter der Römer", Lips. 1890, p. 336.

Contra Laelium, cui Sapiens erat cognomen, his verbis usus videtur orator cum immolata, ut ita dicam, victima fratrem interfectum comparans. (cf. Marx, Mus. Rhen. l. c.); aliter Nitzsch, p. 342, qui ad Scipionem Nasicam verba refert. — De acerbis C. Gracchi facetiis cf. Plut. 25 (4), 3. Qua de re infra dicam (p. 98). Quo modo questus sit fratris mortem, docet Plutarchus 24 (3), 2: (cf. or. IX).

[2]) de verbo *carnem* omisso cf. Woelfflin l. c.

[3]) *trucidare*, cf. Hor. ep. I, 12, 21: *verum seu piscis, seu porrum et caepe trucidas.*

[4]) Utrum responderit mordacibus verbis utens Scipioni Gaius (cf. H. Meyer), an huius oratione lacessitus ille *iure caesum videri Tiberium* dixerit (cf. Marx, Mus. Rhen., l. c.) diiudicare non possumus. De tota quaestione cf. Kornemann, p. 6 et 7.

exornaverunt (Cic. pro Mil. 8; de orat. II, 106; Val. Max. 6, 2, 3; de vir. ill. 58, 8; Vell. Pat. 2, 4, 4; Plut. l. c. 21, 4; Plut. Apopht. Scip. min. 22 et 23 (Mor. 201); Polyaen. VIII, 16, 5.) In dubio igitur reliquendum est, num recte Ed. Meyer (p. 426, n. 2) minas κτεῖναι τὸν τύραννον a Plutarcho allatas (Mor. 201) ex Gai verbis ortas esse existimet, neque vero cum Schwartzio (p. 795) faciendum, qui de Livi ipsius memoria dubitat.

III. Oratio de lege Penni et Peregrinis.[1])

Anno 628/126 habita?[2])

Argumentum: Latini et Italici, qui participes agri publici haud dubie erant,[3]) cum possessiones suas ex lege agraria a triumviris a. i. a. dividi vidissent, obstiterunt, et Scipio Aemilianus patronus eorum, ut triumviri iudicationem amitterent, legem pertulit, qua re vera subsisteretur divisio distributioque agrorum.[4]) Gracchani vero, ut sibi conciliarent peregrinos, civitatem iis dare in animo habuerunt.[5]) Sed antequam lex de civitate sociis danda promulgari posset,[5]) M. Iunius Pennus tribunus plebis ut urbe expellerentur omnes peregrini, legem tulit.

Testimonia: a) Cic. de off. III, 46 sqq.:

Sed nihil, quod crudele, utile; est enim hominum naturae, quam sequi debemus, maxime inimica crudelitas. Male etiam,

H. Meyer or. III (p. 229).

[1]) de lege cf. D. S. III II, p. 1151, Mommsen R. St. R., III, p. 200, n. 1.

[2]) a. 628/126 M. Iunius Pennus erat trib. pl. M. Ziegler, p. 5. De tempore cf. p. 7 et p. 47.

[3]) Cic. de rep. III, 29, 41: *Ti. Gracchus ... sociorum nominisque Latini iura neglexit ac foedera;* I, 19, 31.

[4]) App. b. c. I, 19, 78: ταῦτα τε δὴ καὶ τὰς ἐπὶ τούτοις τῶν δικαζόντων ἐπείξεις οὐ φέροντες οἱ Ἰταλιῶται Κορνήλιον Σκιπίωνα ... ἠξίουν προστάτην σφῶν ἀδικουμένων γενέσθαι ..... 79 ..... ἠξίου (Scipio) τὰς δίκας οὐκ ἐπὶ τῶν διαιρούντων ὡς ὑπόπτων τοῖς δικαζομένοις, ἀλλ' ἐφ' ἑτέρων λέγεσθαι ... 80 .. καὶ Τουδιτανὸς αὐτοῖς ὑπατεύων ἐδόθη δικάζειν. ἀλλ' ὅδε μὲν .... ἐπ' Ἰλλυριοὺς ἐστράτευε ... οἱ δὲ τὴν γῆν διανέμοντες οὐκ ἀπαντῶντος ἐπ' αὐτοὺς οὐδενός ἐς δίκην, ἐπὶ ἀργίας ἦσαν. cf. Mommsen, C. I. L. I², p. 512.

[5]) Fulvius Flaccus consul 629/125 rogationem promulgavit (Val. Max. 9, 5, 1). Cum Latini et Italici partis agri publici possessores essent, quin lege agraria perlata civitas iis daretur, fieri non potuit. (cf. imprimis Mommsen „Röm. Gesch.“ II⁸, p. 102; Kornemann, p. 35, 36; Cardinali, p. 160 sqq.)

qui peregrinos urbibus uti prohibent eosque exterminant, ut Pennus apud patres nostros, Papius nuper (a. 689/65). *Nam esse pro cive, qui civis non sit, rectum est non licere .... usu vero urbis prohibere peregrinos sane inhumanum est.*

b) Cic. Brut. 109:

Tuus etiam gentilis, Brute, M. Pennus facile (cod.; *facete* Lambinus) *agitavit in tribunatu C. Gracchum paulum aetate antecedens. (facile a. i. tr. paulum C. Gr. aet.* cod. Laudensis; *facile a. i. tribunatu C. Gr., paulum aet.* Orelli, C. F. W. Mueller; *facile a. i. tribunatu, C. Gr. aetate* Fr. Marx [Lucilius p. XLVI] neglegens *etiam,* quod plane spectat ad *M. Drusus ..., qui in tribunatu C. Gr. ... fregit* [l. c.]) *Fuit enim M. Lepido et L. Oreste consulibus quaestor Gracchus, tribunus Pennus, illius Marci filius, qui cum Q. Aelio consul fuit.*

Fragmentum: Festi fragm. e cod. Farn. Quat. XIII (p. 362, 33).

‚Respublica‘[1]) *multarum civitatum pluraliter dixit C. Gracchus in ea, quam conscripsit de lege Penni et peregrinis cum ait* ‚Eae nationes cum aliis rebus per avaritiam[2]) atque stultitiam res publicas suas amiserunt.‘

De tempore, quo habuerit orationem Gracchus, dissentiunt viri docti. Aberat enim a. 628/126 ab urbe quaestura fungens (cf. or. IV), et legem Iuniam eum dissuasisse, antequam in Siciliam iret[3]), verisimile non videtur, quia, ut recte Marx in editione Lucili carminum (p. XLVI) dicit ‚adversarii callide exspectaverant, dum ille proficisceretur‘. Marx anno 630/124 auctoritate Gai hanc legem abrogatam esse existimat atque inter orationes illo anno habitas hanc de lege Penni ponendam esse censet. Ex exemplis autem ab eo allatis (Plut. 24 (3), 1: ὁ δὲ

fr. v. 16 resp. F. (cod. Farnesianus IV A 3) ‚Respublica, vix Respublicae‘ Lindsay. v. 17. *p. enni* (i. e. *P. enni*) F. corr. Aug. (Antonius Augustinus, ed. Venetiis 1559). v. 18. post *rebus* falso inseruit *tum* H. Meyer. Sensus enim est ‚et alias res amiserunt et res publicas‘.

[1]) De plurali cf. Reid, Class. Rev. 1904, p. 158.

[2]) *Avaritia* = πλεονεξία. cf. Poehlmann „Gesch. der socialen Frage und des Socialismus in der antiken Welt“, I², p. 450.

[3]) ut putant Nitzsch, p. 379, E. Herzog, p. 462, aliique.

(Gaius) ... εὐθὺς ἐπὶ δημαρχίαν ὥρμησε ... ὄχλου δὲ τοσούτου συῤῥέοντος είς τὴν πόλιν ἐκ τῆς Ἰταλίας καὶ συναρχαιρεσιάζοντος ὡς πολλοῖς μὲν οἰκήσεις ἐπιλιπεῖν ..... Plut. 33 (12) 1 (a. 122): ὄχλου ...... πανταχόθεν αὐτῷ συνιόντος ἔπεισεν ἡ βουλὴ τὸν ὕπατον Φάννιον ἐκβαλεῖν τοὺς ἄλλους πλὴν Ῥωμαίων ἅπαντας. App. b. c. I, 23, 100: ..... ἡ βουλὴ διαταραχθεῖσα τοὺς ὑπάτους ἐκέλευσε προγράψαι μηδένα τῶν οὐ φερόντων ψῆφον ἐπιδημεῖν τῇ πόλει ....) peregrinos auctore Graccho revocatos esse non elucet. Deinde viro docto opponendum est Gaium, quae de lege Iunia sentiret, in medium prompsisse videri, antequam rediisset, reversus enim, quod Fregellanos incitasset socios, qui propter civitatem negatam a. 629/125 seditionem fecerant, accusatus est (cf. or. VII). Quae nobis reputantibus atque respicientibus Gaium sua fratrisque consilia defendendi causa libellum et orationes habitas publicasse, verisimile esse videatur orationem eum vel epistulam de invisa lege[1]) Romam misisse, vel ipso legis anno, vel anno 629, cum Fulvius Flaccus consul legem de civitate sociis danda ferret.[1])

Titulus *in ea, quam conscripsit de lege Penni et peregrinis* indicaret aut absentem Gaium de lege scripsisse aut postea dixisse, nisi quam parva subtilitate diligentiaque in titulis laudandis usus sit Festus, pauca docerent exempla. Allata sunt Gracchi fragmenta: Festus, p. 136, 12: *cum dixit Gracchus in oratione, quae est in P. Popillium posteriore*; 136, 17: *in Po[m]pilium et matronas*; 218, 29: *non dubium facit etiam C. G. de legibus a se promulgatis cum ait*; 220, 1: *C. G. pro rostris in P. Popillium*; 220, 3: *testis est C. Gracchus in ea, quae est de lege Minucia, cum ait*; 277, 8: *C. G. in ea, qua usus est, cum ....*; 280, 2: corruptum est; 362, 33 cf. s.

Catonis orationes: Festus, p. 280, 18: *Cato ait in ea oratione, quam scribsit ad litis censorias*; v. 21: *ait Cato in eadem oratione*; v. 23: *dixit in epistularum*; v. 24: *idem in ea* (i. e. oratione, non epistula!) *quae est de coniuratione* etc.

---

[1]) H. Diels, Sibyllinische Blätter, Berol. 1880, p. 18, „Gaius selbst schien aus der Ferne die Fäden zu ziehen."

IV. Oratio in (M.) Plautium (Hypsaeum).

Anno 629/125? scripta.

Hanc quoque orationem haud scio an absens C. Gracchus scripserit in M. Plautium Hypsaeum[1]) consulem a. 629/125, qui Fulvio Flacco[1]) collegae legem de ‚civitate sociis danda'[2]) ferenti restitisset. Id autem, quia, num apud Valerium Maximum 9, 5, ext. 4 de illo Plautio agatur, quamvis verisimile sit, minime est probatum[3]) neque de argumento quicquam enucleari potest, in dubio est relinquendum.

Fragmentum:

Val. Max. 9, 5, ext. 4: *Insolentiae uero inter Karthaginiensem et* Campanum senatum *quasi aemulatio fuit: ille enim separato a plebe balineo lauabatur,* hic diuerso foro utebatur.

Quem morem[4]) *Capuae aliquamdiu retentum C. quoque Gracchi oratione in Plautium scripta patet.*

---

v. 16. *planctium* D (cod. alter Berolinensis n. 46), *plantium* E (cod. Guelferbytanus ap. Ebert. n. 889).

---

[1]) M. Fulvius Flaccus, M. Plautius Hypsaeus coss., C. I. L. I², p. 150. H. Meyer or. XVIII (p. 246).

[2]) Val. Max. 9, 5, 1: .... *M. Fulvius Flaccus consul M. Plautii Hypsaei collega, cum perniciosissimas rei publicae leges introduceret de civitate Italiae danda et de provocatione ad populum eorum, qui civitatem mutare noluissent (voluissent* dett. codd., sed. cf. Lex repetundarum v. LIIX), *aegre conpulsus est, ut in curiam veniret; deinde partim monenti, partim oranti senatui, ut incepto desisteret, responsum non dedit.* (cf. p. 46.)

[3]) Eundem esse putat C. Kempf (cf. index), Ellendt, p. 43. Hic autem, quem secutus est H. Meyer, posteriori tempori orationem vindicat. cf. p. 8, p. 47.

[4]) De duobus in urbe Capua foris *Seplasia* et *Albana* cf. Beloch: („Campanien", Breslau 1890, p. 347) „die Albana war der politische Mittelpunkt der Stadt, die Seplasia dagegen war das kommerzielle Zentrum Capuas."

cf. Val. Max. 9, 1, ext. gent. 1. Cic. de lege agr. II, 95. Hic fortasse translatum est verbum *forum*; cf. C. Plini paneg. 36, 4: *eodem foro utuntur principatus et libertas* i. e. ‚iisdem iudiciis' cf. A. Torrenius, Val. ed. 1720, Leidae.

V. Oratio apud censores habita.

Anno 630/124 ineunte aestate habita.[1])

Argumentum: C. Gracchus a. 628/126 quaestor factus provinciam sortitus est Sardiniam, quo L. Aurelius Orestes consul seditionis sedandae causa missus est.[2]) Biennium ibi fuit Gaius,[3]) quod optimates ab urbe eum arcere studentes consuli, quicum quaestori erat manendum,[4]) prorogaverunt imperium. Insequente autem anno, cum Aurelius nondum esset revocatus, Gracchus sua sponte discedens, Romam revertit. Qua de causa quod censores[5]) equum ei adimere volebant, oratione se defendit et brevi post in contione, quo modo res in Sardinia gessisset, exposuit.[6])

Quin de moribus apud censores actio praesente populo facta sit, dubium non est, tamen eam orationem, ex qua Cicero et Charisius fragmenta servaverunt, eandem non esse atque illam, quam apud Gellium legimus, elucet et ex titulis (Cic. orat. 233: *apud censores;* Char. p. 80, 7: *apud censores;* Gellius Noctes Atticae 15, 12, 1: *C. Gracchus orationem ad populum in contione habuit)* et ex nonnullis alterius orationis verbis, quae nisi apud populum dicta plane mira essent, dico *,ex usu uestro'*, *,cum liberis uestris'*, *,Quirites'*.

Plutarchus (cf. p. 15), in unam eas contraxisse videtur.

Testimonia: a) (Ps. Victor), de vir. ill. (ed. Fr. Pichlmayr, Leipzig 1911) 65, 1: *Gaius Gracchus pestilentem Sardiniam quaestor sortitus non veniente successore sua sponte discessit.*

H. Meyer or. IV (p. 230). [1]) Ineunte aestate, priusquam lustrum condiderunt censores. (cf. Mommsen, R. St. R. II, p. 353 sqq.)

[2]) et [3]) L. Aurelius Orestes consul 628/126 (C. I. L. I^2, p. 150). De quaestura Gai cf. Klein, p. 285; Fr. Sobeck, p. 17; Revertit a. 630/124, quo anno aestate trib. plebis in annum 631/123 creatus est.

[4]) Mommsen, R. St. R. II, p. 563 sqq.

[5]) Censores erant: Cn. Servilius Caepio, L. Cassius Longinus Ravilla. (cf. C. de Boor: Fasti Censorii. Diss., Berol. 1873, p. 21 sqq.)

[6]) Ad unam orationem referunt fragmenta imprimis Madvig opp. p. 85; Nitzsch, p. 385; H. Meyer, 2. ed.; Cima, p. 119; K. Ziegler; ad duas Ellendt, p. 41[2]; Mommsen, R. St. R. II, 385[3]; E. Schwartz, p. 807.

b) Plut. l. c. 22 (1), 3: cf. or. I.

23 (2), 2: ἔπειτα δόγμα ποιοῦνται (senatores) τοῖς μὲν στρατιώταις διαδοχὴν ἀποσταλῆναι, τὸν δ' Ὀρέστην ἐπιμένειν, ὡς δὴ καὶ τοῦ Γαΐου διὰ τὴν ἀρχὴν παραμενοῦντος. ὁ δὲ τούτων αὐτῷ προσπεσόντων εὐθὺς ἐξέπλευσε πρὸς ὀργήν, καὶ φανεὶς ἐν Ῥώμῃ πάρ' ἐλπίδας οὐ μόνον ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν αἰτίαν εἶχεν, ἀλλὰ καὶ τοῖς πολλοῖς ἀλλόκοτον ἐδόκει τὸ ταμίαν ὄντα προαποστῆναι τοῦ ἄρχοντος. οὐ μὴν ἀλλὰ κατηγορίας αὐτῷ γενομένης ἐπὶ τῶν τιμητῶν αἰτησάμενος λόγον οὕτω μετέστησε τὰς γνώμας τῶν ἀκουσάντων, ὡς (ὥστ' Reiske, sed cf. Ti. Gr. 8, 2 v. 12) ἀπελθεῖν ἠδικῆσθαι τὰ μέγιστα δόξας.

Fragmenta:

a) Cic. orat. 233: *Age sume de Gracchi apud censores illud:* ,Abesse non potest, quin[1]) eiusdem hominis sit probos improbare, qui improbos probet.' *Quanto aptius, si ita dixisset*[2]): *,Quin eiusdem hominis sit, qui improbos probet, probos improbare.'*

b) Char. gramm. I, pag. 80, 5 (= Plin. Sec. libr. dub. serm. p. 67 Beck).[3])

,Galeros' Vergilius masculino genere dixit ,fulvosque lupi de pelle galeros' (Aen. VII. 688) *et Cornelus Severus ,flavo protexerat ora galero', sed. C. Gracchus apud censores* ,cum galere* ursici*',

---

fr. b) v. 20. *cum galere ursici* N, Lindemann, p. 47; *cum galera ursi cum* ω; *cum galera visi sunt Fabricius; cum galeare ursici* Keil; fortasse *galera*, cf. *galeras* Thes. Gloss. Emend. (G. Goetz, Lipsiae 1899), Vol. VI, p. 481 = *pilleas, mitras, cidarim. galea; ursino* Heraeus (Arch. f. lat. Lex. X, p. 508) optime coniecit, quod pertinet ad rem, nam Gracchum de proeliis cum Sardis factis commemorantem hostium galeas descripsisse mirum non est. Adiectivum obsoletum fortasse latet in *ursici.*

---

[1]) ,abesse non potest, quin' cf. or. X, fr. a, p. 64.

[2]) ordinem ille commutavit (cf. Quint. l. c. 9, 4, 15, v. p. 34), ut relativa sententia artius cum verbo, ex quo pendet, coniungeretur, meliusque caderet clausula. Gracchus: $\bar{\text{im}}\text{pr}\breve{\text{o}}\bar{\text{bos}}$ $\text{pr}\breve{\text{o}}\bar{\text{bet}}$ (i. e. creticus + iambus?); Ciceronis numeri: $\text{pr}\breve{\text{o}}\bar{\text{bet}}$ $\text{pr}\breve{\text{o}}\bar{\text{bos}}$ $\bar{\text{im}}\text{pr}\breve{\text{o}}\bar{\text{ba}}\text{r}\breve{\text{e}}$ i. e. creticus + ditrochaeus. de figura cf. p. 39. De clausula iam adnotaverunt Kroll in ,Bruti' editione et Leo l. c., p. 308, n. 1, p. 309, n. 1 et 2. Non perspexit Ciceronianum locum A. Tartara (p. 470): ,osservazione che nella migliore ipotesi è una puerilità'.

[3]) cf. p. 21.

dixit; Varro de actione scaenica II ‚haec galearia‘ unde et ‚galericula‘ dicuntur.

VI. Oratio ad populum in contione habita.

Anno 630/124 paulo post orationem apud censores.[1])

Argumentum: } cf. oratio IV.
Testimonia: }

Fragmenta: a) Gellius, N. A. 15, 12:

Locus ex oratione Gracchi de parsimonia et de pudicitia sua memoratissimus.

1. *C. Gracchus, cum ex Sardinia rediit, orationem ad populum in contione habuit.*

2. *Ea verba haec sunt:* ‚Uersatus sum‘, *inquit,* ‚in prouincia, quomodo ex usu uestro existimabam esse, non quomodo ambitioni meae conducere arbitrabar. Nulla apud me fuit popina, neque pueri eximia facie stabant, et in conuiuio liberi uestri[2]) modestius erant quam apud principia.‘[3])

3. *Post deinde haec dicit:* ‚Ita uersatus sum in prouincia, uti nemo posset uere dicere assem aut eo plus in muneri-

---

v. 16. *et*] om. II (cod. Reginensis 1646), *sed* N (cod. Magliabecchian. 329), T (florilegium cod. Paris. 4952), Y (florileg. cod. Vatic. 3307), J. Gronovius, *sed et* Cramer.
v. 19. *possit* Lud. Carrio.

H. Meyer or. IV (p. 232).

[1]) Ita L. Quinctius Flaminius a Catone e senatu motus apud populum dixisse traditur. (cf. Plut. Flam. 19 = Cat. mai. 17); Mommsen, R. St. R. II, p. 387, n. 1.

[2]) *liberi uestri* et hic et infra apparitores militesque, qui cum quaestore erant.

[3]) *principia* locus castrorum, „ubi contiones militares et consilia habebantur, ius dicebatur, sacra fiebant“. Liv. 28, 24, 10: *et iura reddere in principiis sinebant,* Iust. 11, 6, 6 . . . *si principia castrorum cerneres, senatum te priscae alicuius reipublicae videre diceres. apud principia* meo quidem iudicio pro *in principiis* scriptum = *apud forum* pro *in foro,* cf. Hauler ad Ter. Phorm., v. 859.

bus me accepisse aut mea opera quemquam sumptum fecisse. Biennium fui in prouincia; si ulla meretrix domum meam introiuit aut quoiusquam seruolus propter me sollicitatus est, omnium nationum[1]) postremissumum[2]) nequissumumque[3]) existimatote. Quom a seruis eorum tam caste me habuerim, inde poteritis considerare, quomodo me putetis cum liberis uestris vixisse.‘

4. *Atque ibi ex intervallo:* ‚Itaque‘, inquit, ‚Quirites, quom Romam profectus sum, zonas, quas plenas argenti extuli, eas ex provincia inanes rettuli. Alii uini amphoras, quas plenas tulerunt, eas argento repletas[4]) domum reportauerunt‘.

---

v. 1. *quempiam* N. edd. vett.
v. 2. *biennium* codd., *triennium* Lipsius male.
v. 4. *sollicitatus* Q (cod. Paris 8664), *sollicitus* rell. codd.
v. 4. *nationum* codd., *natorum* Lipsius elect. II, 3; *hominum natorum* W. Beloe. *latronum* vel *raponum* H. Nettleship, transact of the Oxf. philol. soc. 1880/81, p. 17.
v. 11. *retuli* edd., sed cf. Hauler ad Phorm. 646.

---

[1]) *nationum* aliud exemplum verbi similiter adhibiti non inveni. Eandem significationem fortasse praebet Funaioli 378, fr. 19 . . . . *idemque (Cincius) n >ationem ait < non tantum universim de om > nibus, set e < tiam de singularibus hominib > us seiunct < im dici solere. >* suppl. O. Mueller in Festi editione p. 166a. F. Cramer (Arch. f. lat. Lex. VI, 368) = *Leute?* Sed vim verbi potius esse *natorum* (Germanice *Geschöpfe*) intellegitur ex iis, quae dixit J. Classen (zur Gesch. des Wortes Natur, Festschrift der Senckenberg. Stiftg., Frankfurt a. M. 1863, p. 10), „doch ist die ursprüngliche (Bedeutung von natio) der Geburt und Entstehung in abstracter Allgemeinheit noch in deutlichen Beispielen nachzuweisen.“

[2]) *postremissumum* Gracchi temporibus ἅπαξ λεγόμενον, usitatum inde ab Apulei aetate. J. N. Ott (J. J. 1875, p. 787) comparat *ipsissimus, patruissimus oculissimus.*

[3]) *me* omissum est, cf. Draeger, hist. Synt. I, p. 400; *eum* omissum or. IX, fr. b.

[4]) cf. p. 39.

b) Plut. l. c. 23 (2), 4:

ἐστρατεῦσθαι μὲν γάρ, ἔφη δώδεκα ἔτη,[1]) τῶν ἄλλων δέκα στρατευομένων ἐν ἀνάγκαις ταμιεύων δὲ τῷ στρατηγῷ παραμεμενηκέναι τριετίαν (codd., διετίαν corr. Anonymus ex Gellio) τοῦ νόμου μετ' ἐνιαυτὸν ἐπανελθεῖν διδόντος. μόνος δὲ τῶν στρατευσαμένων (sic Laurentianus plut. 69, 6; τῶι στρατευσαμένωι Sangermanensis-Coislinianus 319, Vat. Urbinas Gr. 97, Palatinus 283) πλῆρες τὸ βαλλάντιον εἰσενηνοχὼς (in provinciam) κενὸν ἐξενηνοχέναι, τοὺς δ' ἄλλους ἐκπιόντας, ὃν εἰσήνεγκαν οἶνον, ἀργυρίου καὶ χρυσίου μεστοὺς δεῦρο τοὺς ἀμφορεῖς ἥκειν κομίζοντας.[2])

VII. Defensio, cum perduellionis accusatus esset.[3])

Anno 630/124 ante Quintilem mensem[4]) habita.

Argumentum: C. Gracchus notam censoriam vix effugerat, cum, quod ad defectionem Fregellanos incitasset, reus factus est. Hi enim socii,[5]) quibus Asculani fortasse se adiunxerant, lege Fulvia[6]) ‚de civitate sociis danda' antiquata Romanis bellum

fr. b) vv. 8 et 9. εἰσενηνοχώς . . . ἐξενηνοχέναι codd., ἐξενηνοχώς . . . εἰσενηνοχέναι J. Madvig (Advers. Crit., Hauniae 1871, p. 604).

[1]) Per 10 annos stipendia equitibus, antequam quaesturam peterent, erant facienda. Sed *qui minores XVII annis sacramenta dixerant, iis perinde stipendia procedebant, ac si XVII annorum aut maiores milites facti erant* (Liv. XXV, 6, 8). Gaius XVI fere annos natus sacramenta dixit. (cf. ‚vita' p. 25.)

[2]) Suas res proferens Gaius magistratus nobilesque, qui in provinciis nulli rei nisi suis ipsorum commodis prospicere solebant, insectatus est. (cf. M. Gelzer „Die Nobilität der römischen Republik" Lipsiae 1912, pp. 84, 88, 89).

H. Meyer or. V (p. 233).

[3]) Cum Opimius praetor esset a. 629/125 (cf. Fasti praetor. P. Wehrmann, Berol. 1875, p. 12), falso apud eum se defendisse Gaium putant Ellendt (p. 40), H. Meyer, Schanz (röm. Litt. I, 1, 1907[3], p. 311).

[4]) Mense Quintili trib. pleb. generatim creabantur. App. b. c. 1, 14, 58 (de Tiberio): θέρος δ' ἦν ἤδη καὶ προγραφαὶ δημάρχων ἐς τὸ μέλλον καὶ . . . τῆς χειροτονίας πλησιαζούσης. Mommsen, R. St. R. I, p. 585.

[5]) de Fregellanorum defectione cf. Weiß P. W. R. E., VII, I, 94.

[6]) cf. orationes III et IV.

indixerant, brevi autem tempore ab Opimio praetore in dicionem redacti sunt. Hoc quoque crimine refutato tribunatum petivit Gaius.

Testimonia:

de vir. ill. 65, 2: *Asculanae et Fregellanae defectionis invidiam sustinuit* (C. Gracchus).

Plut. l. c. 24 (3), 1: ἐκ τούτου πάλιν ἄλλας αἰτίας αὐτῷ καὶ δίκας ἐπῆγον, ὡς τοὺς συμμάχους ἀφιστάντι καὶ κεκοινωνηκότι τῆς περὶ Φρέγελλαν ἐνδειχθείσης συνωμοσίας. ὁ δὲ πᾶσαν ὑποψίαν ἀπολυσάμενος καὶ φανεὶς καθαρὸς εὐθὺς ἐπὶ δημαρχίαν ὥρμησε.[1])

Fragmenta orationis non exstant, nam verba a Prisciano (II, 513, 516) sub titulo *pro se* servata (vide orationem sequentem), quae H. Meyer huc rettulit, ad defendendum crimen pertinere non possunt, quod tanta promissione Gracchum sibi favorem populi conciliasse, ut absolveretur, vix est verisimile.

Neque Auctorem ad Herennium, qui dicitur, in exemplis suis (IV, 11, 16; IV, 9, 13; cf. Ellendt l. c.) hunc oratorem imitatum esse puto. Nam a Gai sententia longe abhorrent verba: *Socii nostri cum belligerare nobiscum vellent, profecto ratiocinati essent etiam atque etiam, quid possent facere, si quidem sua sponte facerent et non haberent hinc adiutores multos, malos homines et audaces* — et in sententiis IV, 9, 13: *Quaeret aliquis: Quid? Fregellani non sua sponte conati sunt* (Romanis bellum gerere) nihil profecto inest, quod orationis Gracchi indicium praebeat. Ex eo, quod apud Ciceronem (de inv. I, 8, 11) etiam invenitur exemplum: *Bonone animo sint erga populum Romanum Fregellani?* elucet in scholis rhetoricis thema controversiae, qua re adducti Fregellani defecissent, tritum esse.

VIII. Oratio pro se (?).[2])

Neque de tempore, neque de argumento quicquam constat. Verba autem servata, quod iis populo *bonam de se spem*[3]) inicere conatur orator, haud scio an a tribunatum petente dicta sint.

[1]) cf. vita p. 26.

[2]) cf. or. VII; Ellendt, p. 43.

H. Meyer or. V (p. 233).

[3]) cf. epistula Q. Ciceronis de petitione ad. M. fratrem: 11, 41 *ea* (i. e. apud populum petitio) *desiderat spem in re publica;* 53: *ut spes rei p. bona de te sit* (et passim).

Fragmentum:

Prisc. gramm. II, 513, 16 (ex Flavio Capro).[1])

,*Nanciscor*' *vero a* ,*nancio*' *est, quod in usu fuit vetustissimis. Gracchus pro se:* ,si nanciam[2]) populi desiderium, comprobabo[3]) rei publicae commoda.'[4])

? Ad hoc tempus se refert dictum C. Gracchi[5]): Cic. div. 1, 26, 56[6]) (e Coeli Antipatri Belli Punici II. historia; ca. a. 121): *Gaius uero Gracchus multis dixit, ut scriptum apud eundem Coelium*[7]) *est, sibi in somnis quaesturam pete<re dubita>nti* (Halm, C. F. W. Mueller, *petenti* codd.), *Tiberium fratrem uisum esse dicere, quam uellet cunctaretur, tamen eodem sibi leto, quo ipse interisset, esse pereundum. Hoc, antequam tribunus plebi C. Gracchus factus esset, et se audisse scribit Coelius et dixisse* < *eum* > (*eum* suppl. Mueller, *et illum dixisse* Christ) *multis.* (cf. II, 136.)

Val. Max. I, 7, 6 e Cicerone.

Plut. l. c. 22 (1) 4[8]): ἱστορεῖ δὲ καὶ Κικέρων ὁ ῥήτωρ, ὡς ἄρα φεύγοντι πᾶσαν ἀρχὴν τῷ Γαΐῳ καὶ μεθ'ἡσυχίας[9]) ἡρημένῳ ζῆν ὁ ἀδελφὸς ὄναρ φανεὶς καὶ προσαγορεύσας ,τί δῆτα' φαίη ,Γάϊε, βραδύνεις; οὐκ ἔστιν ἀπόδρασις, ἀλλ' εἷς μὲν ἡμῖν ἀμφοτέροις βίος, εἷς δὲ θάνατος ὑπὲρ τοῦ δήμου πολιτευομένοις πέπρωται.'

---

[1]) cf. p. 21.

[2]) de forma *nanciam* J. B. Hofmann (De Verbis, quae in prisca Latinitate extant Deponentibus. Diss. Mon. 1910), p. 42.

[3]) *comprobare* = erweisen.

[4]) *commoda* or. XV, fr. a.

[5]) cf. p. 23.

[6]) cf. H. Peter, Hist. Rom. Rell.² vol. I, p. 174, fr. 50. — Kornemann, p. 8. 9 „Das Schicksal und den Willen der Massen (cf. or. IX) hat demnach Gaius gelegentlich als die Faktoren bezeichnet, durch die er nicht zur Ruhe gekommen ist". Superstitionis C. Gracchi alterum exemplum: Cic. div. I, 36, cf. p. 92.

[7]) Ex Bruti ,epitome Coelianorum' sumpsisse videtur Cicero, cf. ep. ad Att. XIII, 8, anno 709: *epitomen Bruti Coelianorum velim mihi mittas*, libri de div. a. 710 publicati sunt.

[8]) est Plutarchi artis optimum exemplum, cf. p. 15, adn. 2.

[9]) cf. or. I, p. 42, adn. 4.

B. Tribuniciae orationes.[1])

IX. Oratio de legibus promulgatis.[2])

Anno 630/124 mense Decembri vel ineunte anno 631/123 habita.[2])

Argumentum: C. Gracchus prima in oratione tribunicia,[3]) quam sub titulo *de legibus promulgatis* publicasse videtur, qua ex causa quaque ratione leges suas promulgaret, ante plebem exposuit. Ex fragmentis orationis — praetereo hic prooemium — unum ad legem agrariam[4]), ni fallor, spectat (fr. c), unum ad frumentariam[5]) vel de vectigalibus provinciae Asiae[6]) (fr. d), in longissimo (fr. b) autem magistratuum Romanorum superbia castigatur. Patrum enim vim diminuere voluit Gracchus, augere populi equitumque[7]), itaque illorum arrogantiam in medium

---

[1]) de tempore rogationum cf. p. 101 sqq.

[2]) Titulus quidem (cf. Cima, p. 123), promulgasse leges tribunum, priusquam diceret, indicat, tamen, cum in oratione publicata demum inscriberetur, fieri potuit, ut Gracchus (cf. Ciceronis verba de Rulli prima oratione, de lege agr. II, 5, 13) contionem, priusquam leges promeret, advocaret. H. Meyer or. VI (p. 234).

[3]) cf. H. Meyer, p. 234, Ed. Meyer, p. 395. Schwartz, Leo l. c. E contrario L. Lange III², p. 34 nonnullas Gai orationes sub hoc titulo postea coniunctas esse putat.

[4]) de lege agraria cf. Liv. per. 60: (C. Gracchus) *alteram legem agrariam, quam et frater eius tulerat* (tulit). Plut. l. c. 26 (5), 1; 30 (9), 2: .... χώραν διένειμε τοῖς πένησι, προστάξας ἑκάστῳ τελεῖν ἀποφορὰν εἰς τὸ δημόσιον; Vell. 2, 6, 3; Oros. 5, 12, 4; Cic. de lege agr. 2, 5. 10; Cat. 4, 4; cf. Lex agraria (a. 111), C. I. L. I², 585. Mommsen, jur. Schr. I, p. 96, 99 sqq., 108 sqq. et passim. Hac lege tribunis a. d. a. iurisdictio reddita videtur; cf. Cardinali, p. 191.

[5]) cf. or. XIV.

[6]) cf. Cic. Verr. II, 3, 12; App. b. c. V, 4, 17; Vell. 2. 6, 3 (cf. Mommsen, Roem. Gesch. II⁸, p. 111 adn.), Fronto p. 125; Tac. Ann. 13. 50; Diod. 34, 25; Cic. ad Att. I, 17, 9; M. Rostowzew: Studien zur Gesch. des röm. Kolonates, (Arch. f. Papyrusforschung 1910, I. Beih.), p. 283. Mommsen. jur. Schr. I, p. 136, ad v. 82.

[7]) cf. orr. X, XIV, XVI.

prompsit, quanta intemperantia libidineque in *honestos* municipiorum viros usi essent, depingens et de crudelissimo adulescentuli cuiusdam facinore referens.

Alteri demum tribunatui orationem vindicant Nitzsch (p. 398), Neumann (I. 251), Kornemann (p. 51) aliique neglegentes fragmentum a), cuius verba, cum fratris vestigia persecuturus esset, tribunum dixisse verisimile est et fragmenta c) et d), in quibus tempore verbi nondum perlatas esse leges, ad quas se referunt, plane indicatur, rationem habentes fragmenti b), quod ad ius suffragii vel civitatem sociis dandam[1]) unum spectare iudicant. At ex eo quod de superbia in peregrinos Romanorum dicitur, non sequitur, ut de iure suffragii iis dando agatur, velut in eodem Gelli capite laudantur verba Catonis de Q. Thermi in decemviros crudelitate quam maxime conquirentis, Catonis, quem de civitate municipiis danda umquam cogitasse nemo est qui arbitretur. Etsi miserias Italicorum describens animos audientium movere fortasse et flectere volebat Gracchus, ut consiliis suis postea obsequerentur, tamen quin tribunatum iniens de civitate iis danda se abstinuerit[2]) vix dubium est; favorem enim plebis statim se ea re omissurum esse ex proximis rebus (cf. or. III, IV, VII) facile concludere poterat.

Testimonia:

a) Diod. Sic. 34, 25 (e Posidonio)[3]): ὁ Γράκχος δημηγορήσας περὶ τοῦ καταλῦσαι ἀριστοκρατίαν, δημοκρατίαν δὲ συστῆσαι .....

---

[1]) cf. p. 83, adn. 2. Neque de peregrinis quidem, qui omni carebant iure, in priore fragmento agitur, sed de municipiorum quaestoribus, qui ex iure Latii (cf. fr. b, adn. 3, 5, 6), anno peracto civitatem Romanam adipisci solebant. (cf. Marquardt, Roem. Staatsverwaltg. I^2, p. 56 sqq.).

[2]) W. Judeich („Die Gesetze des Gaius Gracchus“, hist. Zeitschr., ed. F. Meineke, 1913, p. 473 sqq.) omnes fere prioris tribunatus leges, inter quas fuisset lex de iure suffragii sociis danda, ut ‚per saturam‘ plebs suffragium ferret, simul promulgatas esse arbitratur. Sed conferenda sunt fragmenta (cf. orr. X sqq.), e quibus de singulis quoque legibus dixisse tribunum apparet, atque valde dubium videtur, num C. Gracchi etiam aetate ‚per saturam‘ leges perferri licuerit. cf. Mommsen, R. St. R. III, p. 336, n. 5.

[3]) cf. Ed. Meyer, p. 395.

b) Plut. l. c. 26 (5) 1: τῶν δὲ νόμων, οὓς εἰσέφερε τῷ δήμῳ χαριζόμενος καὶ καταλύων τὴν σύγκλητον, ὁ μὲν ἦν κληρουχικός...

c) Appian b. c. 21, 89: καὶ .... εὐθὺς ἐπεβούλευε τῇ βουλῇ σιτηρέσιον ἔμμηνον ....

Fragmenta:

a) Scholia Bobiensia pro Sylla § 26[1]) (p. 81 Stangl)

(Cicero): *Ego tantis a me beneficiis in re publica positis, si nullum aliud mihi praemium ab senatu populoque Romano nisi honestum otium postularem, quis* < *non* > (deest in scholiis, habet oratio) *concederet?*

Et hic, quantum mea opinio est, imitatus est C. Gracchum, sic enim et ille ‚de legibus promulgatis‘, ut ipsius etiam verborum faciam mentionem: ‚Si uellem‘, *inquit,* ‚aput uos uerba facere et a uobis postulare, quom genere summo ortus essem et quom fratrem propter uos amisissem, nec quisquam de P. Africani et Tiberi Gracchi familia nisi ego et puer restaremus[2]) ut pateremini hoc tempore me quiescere, ne a stirpe genus nostrum interiret et uti aliqua propago generis nostri relicua esset, haud < scio > an[3]) lubentibus a uobis impetrassem.‘[4])

---

fr. a) v. 20. scio suppl. ed Maiana 1828.

---

[1]) cf. Leo l. c., qui Gracchanum locum vertit. cf. pp. 13, 31.

[2]) tres Tiberi fratris filii mortui erant. cf. Val. Max. 9, 7, 2.

[3]) falso interpretati sunt = *non credo fore* Scholiasta, H. Meyer?, Nitzsch, p. 399, W. Judeich, p. 778; = *credo me impetraturum* Cicero, Ed. Meyer, Leo aliique. De vi verborum *haud scio an* cf. Seyfferth-Mueller in ed. Laeli (Lips. 1876), p. 129.

[4]) Numeris Asiaticis –́ ⏑ –́ ⏑ et – – – – (cf. Norden, p. 173 sqq., vol. II, p. 930), usus est orator hoc in prooemio:

— pōstŭlārĕ — ōrtŭs ēssĕm —
— āmīsīssēm — rēstārēmūs —
— quiescere (?) — īntĕrīrĕt —
— rēlīcŭā ēssĕt — īmpĕtrāssĕm.

cf. Leo, p. 309.

b) Gellius N. A. 10, 3, 1

Locorum quorundam inlustrium conlatio contentioque facta ex orationibus C. Gracchi et M. Ciceronis (in Verr. V, 62. 161) *et M. Catonis*[1]) (de falsis pugnis fr. IX Jordan).

1. *Fortis ac vehemens orator existimatur esse C. Gracchus. Nemo id negat. Sed quod nonnullis videtur severior, acrior ampliorque esse M. Tullio, ferri id qui potest? Legebamus adeo nuper orationem*[2]) *Gracchi* ‚*de legibus promulgatis*' *in qua M. Marium et quosdam ex municipiis Italicis honestos viros virgis per iniuriam caesos a magistratibus populi Romani, quanta maxima invidia potest, conqueritur.*

3. *Verba haec sunt, quae super ea re facit:*

‚Nuper Teanum Sidicinum[3]) consul uenit. Uxor eius dixit se in balneis uirilibus lauari uelle. Quaestori Sidicino M. Mario[4]) datum est negotium, uti balneis exigerentur, qui lauabantur. Uxor renuntiat uiro parum cito sibi balneas traditas esse et parum lautas fuisse. Idcirco palus destitutus est in foro, eoque adductus suae ciuitatis nobilissimus homo M. Marius. Uestimenta detracta sunt, uirgis caesus est. Caleni[5]) ubi id audierunt, edixerunt, ne quis in balneis lauisse uellet, quom magistratus Romanus ibi esset. Ferentini[6]) ob eandem causam praetor noster quaestores arripi

fr. b) v. 15. *Sid. M.*] Th. Mommsen (ap. M. Hertzium, ed. 1885), *Sidicino a m* γ, *sidicinam* δ.
v. 16. *exirent* Q[2].
v. 18. *deductus* Π
[γ = arch. codd. N, O (cod. Reginensis 597). Π, X (cod. Voss. Lat. F. 112; δ = arch. codd. Q, Z (cod. Voss. Lat. F. 7), (B) (cod. Bern. 404 et Ultratrai. Aev. vetus. Script. graec. 26). cf. Hosius p. V sqq. et conspectus siglorum.]

[1]) cf. p. 31.

[2]) cf. p. 31.

[3]) [5]) [6]) Sidicinum, Cales in Campania, Ferentinum in Hernico ad viam Appiam sita municipia erant, quae ius Latinum habebant. (cf. H. Nissen, Italische Landeskunde, Berlin 1902, II, 2, p. 693, 694, 653.)

[4]) de M. Mario nihil constat.

iussit: alter se de muro deiecit, alter prensus et uirgis caesus est[1]).'

5. *Item Gracchus alio in loco ita dicit:* ‚Quanta libido quantaque intemperantia sit hominum adulescentium, unum exemplum uobis ostendam. His annis paucis ex Asia[2]) missus est, qui per id tempus magistratum non ceperat, homo adulescens pro legato[2]). Is in lectica ferebatur. Ei obviam bubulcus de plebe Uenusina[3]) aduenit et per iocum, quom ignoraret, qui ferretur, rogauit, num mortuom ferrent. Ubi id audiuit, lecticam iussit deponi, struppis, quibus lectica deligata erat, usque adeo uerberari iussit, dum animam efflauit.'

6. *Haec quidem oratio super tam violento atque crudeli facinore nihil abest a cotidianis sermonibus.*

Tum Gellius ‚miserationem' et ‚complorationem' M. Tulli et M. Catonis laudat cf. p. 35.

c) Gellius 9, 14, 16: (e Caeselli Vindicis commentario, cf. 6, qui Probi doctrinam probabiliter reddidit[4]) *C. Gracchus de legibus promulgatis:* ‚Ea luxurii causa aiunt institui'; *et ibidem infra ita scriptum est:* ‚Non est ea luxuries, quae

fr. b) v. 5. Gaius fortasse *Hisce annis* (vel. *heisce*), cf. or. X, fr. a) v. 64 ‚per hosce annos'; Sommer, p. 477, n. I.
v. 6. *ex Asia* libri, quod explicat Mommsen. R.St.R. II, 681₈, *in Asiam* Lipsius, *Venusiam* Jordan, Hermes IV, 495 sqq.
v. 11. *struppis* Scioppi excerpta, *stuppis* codd.
fr. c) v. 21. <*si*> *quae* H. Meyer.

[1]) de iudicio Gelli cf. p. 34.

[2]) ‚ex Asia . . . . pro legato' „hier scheint ein Abgeordneter nicht des Senats gemeint, sondern eines in Asia befindlichen römischen Beamten . . ., und ist ‚pro legato' nicht zu nehmen wie ‚pro consule', sondern bezeichnet den Zweck der Reise". Mommsen l. c.

[3]) colonia Latina (cf. Nissen, p. 828) inter Apuliam et Samnium sita.

[4]) cf. Aistermann p. 140 sqq.; v. p. 20.

necessario parentur uitae causa.'[1]) *per quod apparet eum ab eo, quod est ,luxuries' ,luxurii'*[2]) *patrio casu dixisse.*

d) Festi Fragm. ex Apogr. l. XIV. Qu. X (p. 218, 27): *,Ostentum' quo nunc utimur interdum prodigii vice, quin participialiter quoque dici solitum sit, non dubium facit etiam C. Gracchus ,de legibus a se promulgatis', quom ait*: ,Quod unum nobis[in] ostentum, ipsis in usum adportatur.'[3])

X. Oratio in P. Popillium[4]) Laenatem pro rostris.

Ineunte anno 631/123.

Argumentum: C. Gracchus, cum primum iniit magistratum, potestate ad duas leges in Tiberi fratris Gracchanorumque inimicos promulgandas usus est (cf. p. 103). Ex quibus altera *,de abactis'*[5]) ,ne ei, qui coactus deposuisset imperium, magistratum alterum inire liceret' contra M. Octavium, quem legi agrariae resistentem tribunatu moverat Tiberius,[6]) lata erat; altera *,ne de capite*

---

fr. d) v. 5. *non*] *nec* ed. princ. (Mediol. 1500).

v. 7. *in obstentum* X (cod. Vat. lat. 1549); *in usum adoptatur* X, *asportatur in usum* ed. princ.; **in ostentum* Mueller: [*in*] ego inclusi (cf. Fest. p. 214, 3 et p. 220, 17) subst. neutr. ante *quod* positum a Festo non esse exscriptum rata (ut ,munus' vel ,vectigal'), *inostentum, inusum* Lindsay Scaligerum secutus.

---

[1]) apud Florum 1, 47, 8 (ed. O. Roßbach, Lips. 1896) vox quasi adversariorum invenitur: *Unde enim populus R. a tribunis agros et cibaria flagitaret nisi per famem, quam luxus fecerat.*

[2]) de forma *luxurii* cf. Sommer, p. 430.

[3]) Ad *Attali hereditatem* se referre possunt verba. cf. Florus 2, 3 (Seditio C. Gracchi): *qui cum . . . . recentem Attali hereditatem in alimenta populo polliceretur.*

H. Meyer or. VII (p. 238). [4]) Popillius (ll) lapis miliarius C. I. L. V, 8007; in Fast. Cap. ex patris nomine suppl. Mommsen I², p. 148; in locis laudandis formam, quam praebet auctor, adhibebo. (cf. W. Schultze: Zur Gesch. lat. Eigenn., Berlin 1904, p. 443; Abh. d. G. G. Ges.).

[5]) *Abacti* cf. Fest. (p. 21, 11); de lege Calligari, p. 72 sqq.

[6]) Plut. l. c. 10, 11, 3 sqq.; App. b c. 12, 52—54; Poehlmann l. c., p. 142 sqq.

civium Romanorum iniussu plebis iudicaretur'[1]) contra P. Popillium Laenatem, qui consul 622/132 Ti. Gracchi sectatores indicta causa interfici iusserat.

Illam legem Gaius ipse abrogavit (cf. or. XI), contra Popillium vero, cui ex lege perlata aqua et igni interdici voluit, priusquam populo persuasit, complures habuit orationes. Laenas autem, cum invidiam tribuni effugere se non posse intellexisset, sua sponte in exsilium decessit.

Testimonia:

a) Plut. l. c. 25 (4), 1: τοιούτοις λόγοις (cf. fr. a)[2]) προανασείσας τὸν δῆμον . . δύο νόμους εἰσέφερε, τὸν μὲν εἴ τινος ἄρχοντος ἀφῃρῆτο (ἀφῃρῆτο Sintenis, ἀφῄρητο codd., Cobet) τὴν ἀρχὴν ὁ δῆμος, οὐκ ἐῶντα τούτῳ δευτέρας ἀρχῆς μετουσίαν εἶναι, τὸν δ' εἴ τις ἄρχων ἄκριτον ἐκκεκηρύχοι πολίτην, κατ' αὐτοῦ κρίσιν διδόντα τῷ δήμῳ. τούτων τῶν νόμων ἄντικρυς ὁ μὲν Μᾶρκον Ὀκτάβιον ἠτίμου, τὸν ὑπὸ Τιβερίου τῆς δημαρχίας ἐκπεσόντα, τῷ δ' ἐνείχετο Ποπίλλιος· οὗτος γὰρ στρατηγῶν (Plutarchus errat) τοὺς τοῦ Τιβερίου φίλους ἐξεκήρυξε.[3]) καὶ Ποπίλλιος μὲν οὐχ ὑποστὰς τὴν κρίσιν ἔφυγεν ἐξ Ἰταλίας . . . . (cf. Diod. Sic. 34, 26).

b) Cic. de domo 82: *Ubi enim tuleras, ut mihi aqua et igni interdiceretur? quod C. Gracchus de P. Popilio* (tulit), *non ut esset interdictum, quod ferri non poterat, sed ut interdiceretur.*

---

[1]) *,Lex Sempronia de capite civium Romanorum'* Schol. Gronov. D, in Cat. IV, 10 (p. 289 Stangl); Cic. pro Rab. 12; in Cat. I, 28; de domo 87; de leg. 3, 11, 26. de lege: Mommsen, R. Str. R. pp. 42, 163, 258; Calligari p. 74. Sed per errorem illi legem Semproniam *,ne quis iudicio circumveniatur'*, quam de iudiciis corruptis Cicero, pro Cluent. 151; 154 affert, eandem legem fuisse existimant. (cf. Brut. 48). Niccolini, p. 334. — De re cf. Plaumann, p. 361 sqq.

[2]) fortasse plurium orationum vestigia latent apud Plutarchum, tamen aliud testimonium, cum non exstet, et verba orationis servata (cf. fr. b), quod pertinet ad rem, similia sint initio orationis *,in P. Popilium Laenatem'* a Gellio laudata (cf. W. Soltau, p. 366) sub hoc titulo totum locum exscripsi.

[3]) cf. Val. Max. 4, 7, 1; Cic. Lael. 11, 37; Vell. 2, 7, 3 sqq., ubi Rupili nomen fortasse per errorem allatum est, cf. Cic. Tusc. IV, 40.

Fragmenta:

Principium orationis.

a) Gellius N. A. 11, 13, 1: *1. Apud Titum Castricium*[1]*, disciplinae rhetoricae doctorem, gravi atque firmo iudicio virum, legebatur oratio C. Gracchi in P. Popilium. 2. In eius orationis principio conlocata verba sunt accuratius modulatiusque, quam veterum oratorum consuetudo fert. 3. Ea verba sicuti dixi conposita haec sunt:*

‚Quae uos cupide per hosce annos adpetiistis[2]) atque uoluistis, ea, si temere repudiaritis, abesse non potest, quin[3]) aut olim cupide adpetiisse aut nunc temere repudiasse dicamini.'[4])

b) Plut. l. c. 24 (3), 2 sqq.: 1. παραλαβὼν δὲ τὴν ἀρχὴν εὐθὺς ἦν ἁπάντων πρῶτος, ἰσχύων τε τῷ λέγειν ὡς ἄλλος οὐδείς, καὶ τοῦ πάθους αὐτῷ παρρησίαν πολλὴν διδόντος, ἀνακλαιομένῳ τὸν ἀδελφόν. ἐνταῦθα γὰρ ἐξ ἁπάσης προφάσεως περιῆγε τὸν δῆμον ἀναμιμνήσκων τῶν γεγονότων καὶ παρατιθεὶς τὰ τῶν προγόνων, ὡς

fr. a) v. 8. *appetitistis* B, *apetistis* Q pr., *adpetistis* Hosius, *appetiistis* Marx (Her., p. 135).
v. 10. *appet — isse* X, *corrumptum* Z pr., *appetisse* Hosius.

[1]) Hadriani temporibus (cf. Teuffel, roem. Litt. III, 1913, § 351, 2.

[2]) De provocatione aut de tribunorum pl. sanctitate haec dicta videntur.

[3]) *abesse non potest, quin,* cf. or. V p. 51.

[4]) Cuius sententiae *cursu et sono rotundae volubilisque eximie* delectati sunt Titi discipuli (cf. Gell. l. c., 4), magister autem vituperat oratorem, quod hoc in prooemio (aliter eum maximis laudibus effert cf. Gell. l. c, 10, cf. p. 30) propter verborum ornatum parum subtiliter de sententiarum gravitate cogitaverit. *6. ‚Cui enim . . . in mentem non venit id profecto usu venire, ut, quod cupide adpetieris, cupide adpetisse et, quod temere repudiaveris, temere repudiasse dicaris?' 7. ‚At si, opinor', inquit ‚ita scriptum esset: ‚Quae vos per hosce annos adpetistis atque voluistis, ea nunc si repudiaritis, abesse non potest, quin aut olim cupide adpetisse aut nunc temere repudiasse dicamini' . . . . 9. Nam qui ita dicit: ‚si hoc feceris, cupide fecisse diceris', rem dicit sensus alicuius ratione conlectam et consertam; qui vero ita dicit: ‚si cupide feceris, cupide fecisse diceris', non longe secus dicit, atque si diceret: ‚si cupide feceris, cupide feceris.'*

Rhetorem artificiosam κώλων concinnitatem, de qua primus Norden (p. 172, Nachtrag p. 11) nostris temporibus disseruit, sua ipsius verborum commutatione deleri fugit (cf. p. 38).

ἐκεῖνοι μὲν καὶ Φαλίσκοις[1]) ἐπολέμησαν ὑπὲρ Γενυκίου[1]) τινὸς δημάρχου λοιδορηθέντος, καὶ Γαΐου Βετουρίου[1]) θάνατον κατέγνωσαν, ὅτι δημάρχῳ πορευομένῳ δι' ἀγορᾶς οὐχ ὑπεξέστη μόνος. ‚ὑμῶν[2]) δ' ὁρώντων' ἔφη ‚Τιβέριον ξύλοις συνέκοπτον οὗτοι, καὶ διὰ μέσης τῆς πόλεως ἐσύρετο[3]) νεκρὸς ἐκ Καπετωλίου ῥιφησόμενος εἰς τὸν ποταμόν. οἱ δ' ἁλισκόμενοι τῶν φίλων ἀπέθνησκον ἄκριτοι. καίτοι πάτριόν ἐστιν ἡμῖν, εἴ τις ἔχων δίκην θανατικὴν μὴ ὑπακούει, τούτου πρὸς τὰς θύρας ἕωθεν ἐλθόντα σαλπιγκτὴν ἀνακαλεῖσθαι τῇ σάλπιγγι[4]), καὶ μὴ πρότερον ἐπιφέρειν ψῆφον αὐτῷ τοὺς δικαστάς. οὕτως εὐλαβεῖς καὶ πεφυλαγμένοι περὶ τὰς κρίσεις ἦσαν.'

c) Festi Fragm. ex Apogr. L. XIV. Qu. X (p. 218, 32). *‚Occisitantur', saepe occiduntur. Sic C. Gracchus pro rostris in P. Popillium:* ‚Homines liberi nunc in oppido occisitantur.'

Pauli excerpta: ‚occisitantur' *saepe occiduntur.*

XI. Oratio de lege ‚de abactis' abroganda.

Anno 631/123.

Argumentum (cf. or. X): Legem ‚de abactis' Gaius ipse abrogavit, sive, ut ipse dixit, matris precibus adductus, sive, ne auctoritas populi hac lege deminueretur,[5]) veritus.

fr. c) v. 15 *popilii* W (Vatic. lat. 3369), *popilli* X, Y (Leidensis Voss. lat. O 9). *p. pop.* ed. princ.

[1]) Neutrum exemplum alibi laudatur, de Genucio et bello cum Faliscis a. 241 gesto cf. P. W. R. E. (Muenzer) VII, 1, 1207, 1. de tribunatus sanctitate cf. Mommsen, R. St. R. II, 302.

[2]) — ἦσαν H. Meyer, p. 249, inc. sed. (11).

[3]) ἐσύρετο ut ii, qui supplicium subierant. Hi enim a carnifice unco de Germanis scalis trahi et in Tiberim deici solebant. K. Ziegler, P. W. R. E. VII, 1. 1115. de Tiberi morte cf. Plut. 19, 3 sqq., cf. Kornemann 3 sqq., qui omnes locos affert.

[4]) Tac. Ann. 2, 32 . . . . *in P. Marcium consules extra portam **Esquilinam**, cum classicum canere iussissent, more prisco advertere.* Varr. L. L. VI, 91 (ed. Goetz et Schöll, 1910) *cornic<in>em ad privati ianuam et in arcem mittas, ubi canat.* Mommsen, R. Str. R 332, n. 3.

[5]) Neumann, p. 234: „(Das Gesetz) enthielt . . . . eine Einschränkung der Volkssouveränität."

Testimonia = Fragmenta:

a) Plut. l. c. 25 (4), 2: τὸν δ' ἕτερον νόμον Γάϊος αὐτὸς ἐπανείλετο, φήσας τῇ μητρὶ Κορνηλίᾳ δεηθείσῃ χαρίζεσθαι τὸν Ὀκτάβιον.

b) Diod. 34, 25, 2 [1]): ...ὁ Γράκχος ἐπὶ τοσοῦτο προέβη δυναστείας καὶ ὕβρεως ὥστε τῶν ὄχλων κρινάντων ἐκβαλεῖν τὸν Ὀκτάβιον ἐκ τῆς πόλεως ἀφῆκεν αὐτὸν εἰπὼν τῷ δήμῳ διότι ταύτην χάριν δίδωσιν τῇ μητρὶ προεντετευγμένος ὑπ' αὐτῆς.

c) Huic orationi fortasse vindicari potest fragmentum a Charisio (gramm. I, p. 102, 26) laudatum. Id enim ex Verri Flacci libro [2]) derivatum est. Apud Festum quidem deest idem lemma, sed ex Pauli excerptis (137, 16) *Masculino genere parentem appellabant antiqui etiam matrem* suppleri potest (p. 136, 10) (O. Mueller, p. 150, addidit). Ex eadem igitur Gai oratione et apud Charisium et apud Festum Gracchi verba allata fuisse ponere possumus, et cum apud Festum fragmenta e duabus Gai actionibus sumpta sequantur, i. e. ex oratione ‚*in P. Popillium posteriore*' et ‚*in Po(m)pilium et matronas*' (cf. orr. XII, XIII) et apud eum sub littera ‚O' quoque (pp. 218, 220) tria Gracchi ex orationibus continenter ordine tempore servata legantur fragmenta [3]): ‚*de legibus a se promulgatis*' (ostentum) (cf. or. IX), *pro rostris in P. Popillium* (occisitantur) (cf. or. X), ‚*de lege Minucia*' (osi sunt), (cf. or. XXII) fieri potest, [4]) ut hac ex oratione, in qua de matre plura eum dixisse elucet ex testimoniis, sumptum sit fragmentum:

Char. gramm. I, p. 102, 20 = Plin. de dub. serm. p. 68 B: *Heres, parens, homo, etsi in communi sexu intellegantur, tamen masculino genere semper dicuntur .... Sed Gracchus* ‚*suos*

H. Meyer (deest.).

[1]) In malam partem interpretatus est Posidonius.

[2]) = de dub. serm. cf. infra; Plinius e Verrio Flacco hausit, cf. Froehde, l. c. 606, 607.

[3]) cf. R. Reitzenstein. „Verrianische Forschungen" (Bresl philol. Abhandlg. 1887), p. 57 sqq., 77 A.

[4]) Certa quidem argumenta hoc ex uno loco, quod sub litteris ‚P' et ‚R', ubi de Gracchi formis commemoratur, partes textus vel sunt deletae vel omissae, non sunt deducenda.

parentes [1]) *amat' cum dicit in significatione matris* et in alia epistula ‚tuus parens sum' ait, cum de se loqueretur. Et apud Vergilium* (Aen. III, 341) *sic legimus:*

‚*ecqua tamen puero est amissae cura parentis?*'

XII. Oratio de P. Popillio circum conciliabula. [2])

Anno 631/123.

Argumentum: v. orationem X.

Fragmenta:

a) Gell. N. A. 1, 7, 6 (ex Probo?) [2]).

(De forma *futurum* in Ciceronis verbis Verr. V, 167 *hanc sibi rem praesidio sperant futurum* adhibita agitur.)

6. .... *futurum* .... *non refertur ad rem* .... *neque pro participio positum est, set verbum est indefinitum, quod Graeci appellant* ἀπαρέμφατον, *neque numeris neque generibus praeserviens, set liberum undique et inpromiscum.* 7. *quali C. Gracchus verbo usus est in oratione, cuius titulus est de P. Popilio circum conciliabula,* [3]) in qua ita scriptum est: ‚Credo ego inimicos meos hoc dicturum.' [4]) Inimicos ‚dicturum' *inquit, non* ‚*dicturos*' ....

---

fr. v. 1. post *matris* quaedam excidisse recte adnotavit Keil. Reliqua, quae ex epistula feminae alicuius desumpta videntur, optime ad Corneliae epistulam aliquam referri possunt. (cf. p. 32, adn. 1; cf. Lindemann.) Ad Gracchi epistulas totum locum rettulit H. Meyer, p. 250.

v. 16. *P*] A (cod. palimps. Pal. Vat. 24), *Q* codd. dett., *quo* rell. codd. *Pompilio* P.

---

[1]) Aliud exemplum, ubi *parentes* notionem *mater* habet, non inveni. De plurali *liberi* pro singulari adhibito cf. J. H. Schmalz (Zeitschrift f. d. Gymnasialwesen 1881, Berlin), p. 121.

[2]) Aistermann, p. 124, cf. p. 20.

H. Meyer or. VIII (p. 239).

[3]) de ‚conciliabulis', cf. Beloch: (Der italische Bund unter Roms Hegemonie, Leipz. 1880), p. 104. Eo cives tribuum rusticarum convenire solebant = „Dingstätte des Gaus".

[4]) de exitu inf. fut. act. egit F. Skutsch, Krit. Jahrb. f. Rom. Phil. (Vollmoeller) VIII, 1, 52. Exempla ex prisca Latinitate sumpta Gellius ipse praebet (ex Claudi Quadrigarii, Valerii Antiatis, Plauti, Laberi scriptis). De Plauto

b) Festi Fragm. e cod. Farn. l. XVI. Qu. XII (p. 277, 7)

‚Potestur‘ Scipio Africanus in ea quae est de inperio D. Bruti; et ‚poteratur‘[1]) *C. Gracchus in ea, qua usus est, cum ‚circum conciliabula‘ iret.*

c) Diom. Gramm. I, 374, 17 (e Flavi Capri libro ‚de Latinitate‘[2])

‚Excello‘ legimus crebro apud veteres, ut Cicero de re publica (fr. inc. 3 ap. Muellerum), *‚excellunt‘, item de oratore tertio ‚antecellunt‘* (falso laudat), *item de divinatione primo* (I, 41, 91), *‚antecellunt‘, Gracchus praeterea similiter ‚cohortatione circum conciliabula‘*[3]) „antecellant“, *Cicero de officiis* (I, 30, 107) *primo, ‚antecellimus‘.*

Fieri potest, ut ex eadem in P. Popillium oratione, quamquam titulus differt, haustum sit:

d) Festi Fragm. ex Apogr. l. XII. Qu. VIII (p. 136, 11)

‚Malo cruce‘ *masculino genere cum dixit Gracchus in oratione, quae est in P. Popillium posteriore, tam repraesentavit antiquam consuetudinem, quam ‚hunc frontem‘, atque ‚hunc stirpem‘, idem antiqui dixerunt, et rursus ‚hanc lupum‘, ‚hanc metum‘.*

Malus crux quid significet hoc in fragmento atque in Gai verbis, quae proxime a Festo laudantur, *‚eo exemplo instituto, dignus fuit, qui malo cruce periret‘* intellegitur ex Ciceronis loco

fr. b) v. 3. *usus* F^{u}, (editio Fulvi Ursini, Romae 1581), *uous* F.
fr. d) v. 17. *Popilium* W ex corr, *Pompilium* ed. princ.; *posteriorem* W, ed. princ., *posteriores* X, *et in posteriore* Y, corr. Aug.

adnotat W. M. Lindsay (Syntax of Plautus, Oxford 1907), p. 76: ‚This points to an Impersonal Fut. Inf. Act., just as we have an Imp. Fut. Inf. Pass. and just as the Gerund was superseded by the Gerundive‘.

1) v. exempla: Neue-Wagener III, 164. Apud Ch. E. Bennettium (Synt. of Early Latin, vol. I the Verb, Boston 1910) Gracchi formae allatae non sunt.

2) cf. p. 21 et 22; ex Plini ‚de dubio sermone‘ libro sumptum esse putat Beck, p. 35.

3) *cohortatione circum conciliabula* ad orationis inscriptionem rettulit Duebner.

Rab. 5, 14, ubi de Popilli causa vel fortasse de hac Gai oratione verba fiunt. Similis enim criminis ac Popillio dies dictus erat Rabirio, cum a T. Labieno, quod Saturninum tribunum plebis interfecisset, esset accusatus. At non *‚ut aqua et igni interdiceretur‘* tulit Labienus, sed ut ex vetustissima lege, qua ii, qui perduellionis convicti erant, cruci suffigendi essent, damnaretur.

Rab. 4, 11: *Quam ob rem, uter nostrum tandem, Labiene, popularis est, tune qui civibus Romanis in contione ipsa carnificem . . . . . adhiberi putas oportere, qui . . . . . crucem ad civium supplicium defigi . . . . . iubes, an ego . . . . .*

Pergit 5, 14: *An vero, si actio ista popularis esset et si ullam partem aequitatis haberet aut iuris, C. Gracchus eam reliquisset? Scilicet tibi graviorem dolorem patrui tui mors attulit quam C. Graccho fratris . . . .*, 15 *Sed moreretur prius acerbissima morte miliens <C.> Gracchus quam in eius contione carnifex consisteret.*

De ea igitur poena[1]) *‚de malo cruce‘* dicentem Gaium significasse puto.

XIII. Oratio in P. Popillium (Pompilium) et matronas.

Anno 631/123?

Argumento verborum praecipue adducta (cf. quod supra exposui) ad eundem Popillium referre Gracchi fragmentum, quod proxime Festus attulit, non dubito. Accedit quod *pro P. Popilli reditu magnam propinquorum multitudinem populum deprecatum esse* testis est Cicero (post red. in sen. 37; ad Quir. 3, 6); nam, quamquam ad annum 633/121, quo restitutus est Popillius, Ciceronis verba pertinent, tamen antea quoque adfines, ut domum redire ei liceret, operam dedisse ponere possumus. Neque inter eos fuisse matronas mirum videtur, quod res publicas minime a mulieribus neglectas esse apparet H. Meyer or. XIX (p. 246).

1) cf. Liv. I, 26 *de lege horrendi carminis*, qua Horatius condemnatur. De *perduellione* cf. H. J. Muelleri adnotatio ad I, 26, 5; Mommsen, R. Str. R., p. 918.

ex verbis Quintiliani (decl. 264) de lege Voconia: *ne feminae nimias opes possiderent, ne potentia earum civitas premeretur* et Appiani, b. c. I, 63, 282: οἱ δὲ τῶν ἐξελαθέντων στασιῶται, ὅσοι τῶν πλουσίων, καὶ γύναιχ πολλὰ πολυχρήματα τοῦ δέους τῶν ὅπλων ἀναπνεύσαντες ἠρεθίζοντο ὑπὲρ καθόδου τῶνδε τῶν ἀνδρῶν καὶ οὐδὲν σπουδῆς ἢ δαπάνης ἐς τοῦτο ἀπέλειπον. . . .

Tempus verbi, *dignus fuit* indicare mihi videtur, iam in exsilio abesse Popillium. — Quod traditur *Pompilius* non *Popillius* nihil est, nam nomen variis modis scriptum in Festi legitur apographis (cf. variae lectiones supra allatae; apud Gellium quoque [cf. or. XII, fr. a] legitur *Pompilio*).

Fragmentum:

Festi Fragm. ex Apogr. l. XII (Qu. VIII) (p. 136, 16): *Item cum idem* (C. Gracchus) *in Po[m]pilium et matronas ait:* ‚Eo exemplo instituto dignus fuit, qui malo cruce periret.'

Pauli excerpta (p. 137, 18): *Masculino genere dicebant* (antiqui) *‚crucem' ut est illud Gracchi:* ‚Dignus fuit, qui malo cruce periret.'

XIV. Orationes,[1]) quibus legem frumentariam defendit, inter quas notissima erat illa in L. Calpurnium Pisonem Frugi habita.

Anno 631/123.[2])

Argumentum: Cum antea frumentum in inopiis famibusque aut, quod maxima vis ex provinciis advecta erat, senatus sententiis ab aedilibus vili pretio civibus esset discriptum,[3]) apud plebem

fr. v. 14. *Po[m]pilium* codd., *m* inclusi; *Popillium* corr. iam Aug., pro *matronas* in mg. *Mathonem* scribens.

Item cum idem in populum (sic!) *et matronas ait* pro parte orationis Gracchi habuit Scaliger. — C. O. Mueller: ‚quidni inter tot orationes, quarum etiam inscriptio periit, quaedam esse poterat in matronarum luxuriem, cuius nescio quis Pompilius vel *similiter* dictus homo patronus extiterat?' cf. H. Meyer, p. 246.

H. Meyer or. XI (p. 243).

1) cf. p. 104.

2) cf. p. 103.

3) cf. p. 57. Liv. 30, 26, 6 (a. 203) . . . *magnam vim frumenti ex Hispania missam M. Valerius Falto et M. Fabius Buteo aediles curules*

ipsam C. Gracchus legem tulit, ut viritim singulis mensibus frumentum, pro quo in singulos modios seni aeris et trientes exsolverentur, dividendum esset. Et perlata est lex, quamquam summo ardore optimates restiterunt, non solum, quod gravissimum onus aerario imponeretur (plus dimidium frumenti pretii amittebatur),[1]) sed etiam quod, ne populus vilitate inductus ex agris Romam migraret,[2]) timebant. Inter legis adversarios acerrimus fuit L. Calpurnius Piso Frugi.

Testimonia:

a) Cic. Sestio 103: *Frumentariam legem*[3]) *C. Gracchus ferebat: iucunda res plebei, victus enim suppeditabatur large sine labore; repugnabant boni, quod et ab industria plebem ad desidiam avocari putabant et aerarium exhauriri videbant.*

b) Cic. Font. 39: *Exstat oratio hominis, ut opinio mea fert, nostrorum hominum longe ingeniosissimi atque eloquentissimi, C. Gracchi; qua in oratione permulta in L. Pisonem*[4]) *turpia ac flagitiosa dicuntur. At in quem virum! qui tanta virtute atque integritate fuit, ut etiam illis optimis temporibus, cum hominem invenire nequam neminem posses, solus tamen Frugi nominaretur. Quem cum in contionem Gracchus vocari iuberet et viator quaereret,*

quaternis aeris vicatim populo discripserunt . . . cf. Liv. 31, 4, 6 (a. 201), Liv. 31, 50, 1 (a. 200); Liv. 33, 42. 8 (a. 196). (cf. Rostowzew: P. W. R. E. VII. 1, p. 173 de ‚frumentationibus'.) Testimonia Liviana non solum Graecorum usum secutum, ut putat Wilamowitz (Sitz.-Ber. d. Berl. Akad. 1904, p. 930), C. Gracchum apud Romanos frumentationes introduxisse docent.

1) Marquardt: Röm. Staatsverwaltung II, 2, p. 114. Cic. de off. 2, 72: *C. Gracchi frumentaria magna largitio; exhauriebat igitur aerarium.* Florus 2, 1: *et emptio frumenti ipsos rei p. nervos exhauriebat, aerarium.*

2) cf. Poehlmann (Die Übervölkerung der antiken Großstädte, Leipzig 1894), p. 43.

3) Schol. Bob. ad Sest. § 55 (p. 132 Stangl): *< C. > Gracchus legem tulerat, ut populus pro frumento, quod sibi publice daretur, in singulos modios senos aeris et trientes pretii nomine exsolveret.* cf. ad Sest. § 103; Asconius in Pison. § 9; Liv. per. 60; Vell. Pat. 2, 6, 3; Plut. 26 (5), 1. App. b. c. I. 21, 89: σιτηρέσιον ἔμμηνον ὁρίσας . . . . . οὐ πρότερον εἰωθὸς διαδίδοσθαι . . . de vir. ill. 65.

4) L. Calpurnius Piso Frugi cos. 621/133. C I. L. I², p. 148; W. Drumann II, p. 48.

quem Pisonem, quod erant plures: ‚cogis me‘, inquit ‚dicere inimicum meum Frugi‘.

c) Schol. Bob. in orationem ‚pro Flacco‘ fr. X (Stangl, p. 96): *Verum quod ad Pisonem pertineat: plurimi quidem ex hac familia cognomentum frugalitatis habuerunt, sed enim primus hoc meruit L. Piso, qui legem de pecuniis repetundis* (a. 149) *tulit et fuit C. Graccho capitalis inimicus; in quem ipsius Gracchi exstat oratio maledictorum magis plena quam criminum.*

d) Cic. Tusc. 3, 20, 48: (De Epicuro agit Cicero a virtute summum bonum separante.) *At laudat saepe virtutem. Et quidem C. Gracchus, cum largitiones maximas fecisset et effudisset aerarium, verbis tamen defendebat aerarium. Quid verba audiam, cum facta videam? Piso ille Frugi semper contra legem frumentariam dixerat. Is lege lata consularis ad frumentum accipiendum venerat. Animum advertit Gracchus in contione Pisonem stantem*[1]*; quaerit audiente populo Romano, qui sibi constet, cum ea lege frumentum petat, quam dissuaserit. ‚Nolim‘ inquit ‚mea bona, Gracche, tibi viritim dividere libeat. sed, si facias, partem petam‘. Parumne declaravit vir gravis et sapiens lege Sempronia patrimonium publicum dissipari? Lege orationes*[2] *Gracchi, patronum aerarii esse dices.*

Fortasse ex aliqua de hac lege oratione sumpta sunt:

a) Prisc. II, p. 386, 3[3]) (ex Capri libro de Latinitate.)[4]

Gaius Gracchus: ‚aerarium dilargitur Romano populo‘ *‚dilargitur‘*[5] *passive protulit.*

---

fr. a) v. 24. *dilargitur* H (cod. gymn. Halb.) (cf. Thes. L. L. V, 1161, 32), *delargitur* Hertz.

---

[1]) Cichorius (Untersuchungen zu Lucilius, Berlin 1908), p. 295 sqq., de aliqua frumentatione a Graccho facta vel de ea, in qua adesset Piso, suspicatur Lucilium dixisse: v. 321 *frumentarius est, modium hic secum atque rutellum una adfert.*

[2]) cf. oratio *qua legem Aufeiam dissuasit.*

[3]) Huic orationi vindicavit L. Lange III, p. 35; H. Meyer inc. sed. (1), p. 246.

[4]) cf. p. 21.

[5]) *dilargitur* Hofmann omisit (p. 40).

? ? b) Florus 2, 1[1]): *Studium populi ac favorem agrariis, frumentariis, iudiciariis legibus aucupabatur. Inerat omnibus species aequitatis. Quid tam iustum enim quam recipere plebem sua a patribus, ne populus gentium victor orbisque possessor extorris aris ac foris ageret?* Quid tam aequum quam inopem populum uiuere ex aerario suo .....? *Sed haec ipsa in perniciem redibant ....*

XV. Oratio, qua legem Aufeiam dissuasit.

Anno 631/123 habita, antequam consul creatus est C. Fannius.

Quod tempus ex Gracchi verbis (Gellius N. A. 11, 10, 3): *non grati<i>s prodeo, uerum peto a uobis non pecuniam, sed bonam existimationem atque honorem* colligi potest. Plutarchus enim[2]) (l. c. 29, [8], 1 sqq.) Gracchum in contione quadam, ut beneficii loco sibi quiddam concederet populus, postulasse memoriae tradit. Quae ante comitia consularia facta esse, in quibus Gaius ipse Fannium, ut designaretur, in campum deduxisset, ex sequentibus Plutarchi verbis elucet.[3]) (cf. fragmentum b.)

Argumentum: Ex fragmento a Gellio servato legatos Mithridatis V. Euergetae, regis Ponti, et Nicomedis II., regis

---

[1]) *‚De legibus Gracchanis‘.* Vestigium orationis fortasse latet in verbis *quid tam aequum quam inopem populum vivere ex aerario suo?* (cf. p. 72); de negotialibus, p. 33. Antecedentia enim consimillima sunt Tiberi verbis a Plutarcho allatis (9, 4): κύριοι τῆς οἰκουμένης εἶναι λεγόμενοι, μίαν δὲ βῶλον ἰδίαν οὐκ ἔχοντες (cf. App. I, 9, 35; adn. K. Ziegler). Neque, si in Festi epitoma partes Gai orationum inveniantur, miremur. Is enim plurima hausit ex historiis Senecae rhetoris (cf. O. Roßbach in editione, p. LIV sqq.), qui haud dubie Gracchi orationum partes noverit. Item Seneca, filius illius, ex libro patris fragmentum Gracchi (cf. infra p. 97) sumpsisse videtur.

[2]) cf. W. Soltau, p. 366, n. 2. H. Meyer or. X (p. 241).

[3]) C. Fannius cos. 632/122 C. I. L., 1^2, p. 150. Hoc fuisse beneficium, quod sibi petisset tribunus, Plutarchus existimat. Equidem Gaium de tribunatu sibi iterum concedendo cogitasse putaverim, quamquam Plutarchus refert: (l. c.) Γάϊος δὲ δήμαρχος ἀπεδείχθη τὸ δεύτερον, οὐ παραγγέλλων οὐδὲ μετιών, ἀλλὰ τοῦ δήμου σπουδάσαντος. cf. Ed. Meyer, p. 411 n. Comitia tribunicia ante consularia esse solebant, per errorem Plutarchus temporis ordinem mutavit. (cf. Kornemann, p. 47).

Bithyniae, Romae adesse apparet, ut pro regibus quiddam peterent, Aufeium[1]) autem ilius gratia promulgasse legem, quam Gracchus aerari causa *(ut uectigalia uestra augeatis)* dissuadet.

Quid sibi postulent reges, non est expressum. De Phrygia maiore, quam bello cum Aristonico confecto et Mithridates et Nicomedes praemium auxilii Romanis contra usurpatorem lati poposcerant ‚et M'. Aquillius[2]) (cos. 625/129) illi pecunia corruptus concesserat, hac in oratione agi coniecerunt nonnulli viri docti (velut Ed. Meyer, P. W. R. E. III, I, 520). Hoc autem, quamquam omnia, quae Aquillius constituerat, postea, cum accusatus esset, abrogata esse constat, pro certo non potest confirmari, quod, quo tempore ille damnatus sit, ignoramus — eam enim accusationem, de qua in lege iudiciaria suadenda dixit Gracchus, non eandem sed priorem fuisse elucet ex eo, quod absolutus tum erat Aquillius (cf. or. XVI) — et quod Mithridate V. defuncto filio demum senatum (a. 116) hanc terram ademisse testantur scriptores[3]) et probat inscriptio[4]) ‚in Phrygia maiore' a. 1887 inventa.

Testimonia desunt.

Fragmenta:

a) Gellius N. A. 11, 10: *Quod C. Gracchus in oratione sua historiam supra scriptam Demadi[5]) rhetori, non Demostheni*

---

[1]) De *Aufeio* (praetore an tribuno?) nihil notum est, in *Saufeiam* igitur apud Gellium mutavit nomen Gronovius, sed apud Plinium (n. h. 31, 41) nomen invenitur.

[2]) P. W. R. E. II, I, 324 (10) Klebs.

[3]) Iustin 38, 5, 3: ... *cum sibi pupillo* (Mithridati VI. Eupatori) *maiorem Phrygiam ademerint, quam patri suo praemium lati adversus Aristonicum auxilii concesserant.*

App. Mithr. 57: ὁ δὲ Σύλλας ὑπολαβὼν ἀπεκρίνατο (Mithridati VI) ..., Φρυγίαν δέ σοι Μάνιος ἔδωκεν ἐπὶ δωροδοκίᾳ ... ὅ τε Μάνιος καὶ τὰ ἄλλα ἠλέγχθη παρ' ἡμῖν ἐπὶ χρήμασιν πράξας, καὶ πάντα ἀνέλυσεν ἡ βουλή' ... cf. 11, 12, 56 ...

[4]) cf. Dittenberger O. G. I. S., Lips. 1905, II, n. 436. De re cf. B. Niese: Geschichte der Griechischen und Makedonischen Staaten (Gotha 1903) III, p. 373.

[5]) Demades orator Athenis erat Philippi Alexandrique Magni temporibus. Recte illi apopthegma attribuit Gracchus. (cf. G. Baiter et H. Sauppe: Oratores Attici, Turici 1850, p. 312; hoc dictum, p. 317, n. 25).

adtribuit; verbaque ipsius C. Gracchi relata. 1. *Quod in capite superiore a Critolao[1]) scriptum esse diximus super Demosthene, id C. Gracchus in oratione, qua legem Aufeiam dissuasit, in Demadem[2]) contulit verbis hisce:* 2. ‚Nam uos, Quirites, si uelitis sapientia[3]) atque uirtute uti, etsi quaeritis, neminem nostrum invenietis sine pretio huc prodire. Omnes nos, qui uerba facimus, aliquid petimus, neque ullius rei causa quisquam ad uos prodit, nisi ut aliquid auferat. 3. Ego ipse, qui aput vos verba facio, ut uectigalia uestra augeatis,[4]) quo facilius uestra commoda[5]) et rempublicam administrare possitis, non grati<i>s prodeo, uerum peto a uobis non pecuniam, sed bonam existimationem atque honorem.[6]) 4. Qui prodeunt dissuasuri,[7]) ne hanc legem accipiatis, petunt non honorem a uobis, uerum a Nicomede pecuniam; qui suadent, ut accipiatis, hi quoque petunt non a uobis bonam existimationem, uerum a Mithridate rei familiari suae pretium et praemium; qui autem ex eodem loco atque

---

fr. a) v. 5. *utier, si* Madvig: *quaeretis* Madvig.
v. 11. *gratis* codd., editores, *gratiis* Leo ‚grátiis pródeò'.
v. 17. *Mithridate* (cf. C. I. L. I², p. 196, elog.); *Mitridate* Hosius, utraque forma codd.; *rei*] *ei* Q, *familiaris* rell. codd., corr. Madvig.

---

[1]) Critolaus Peripateticus a. 599/155 Romae erat. Contra artem rhetoricam dixit: Quint. inst. orat. 2, 17, 15; 2, 15, 23. cf. Zeller: Die Philosophie der Griechen, (Leipz. 1879) II, 2, p. 930 n.

[2]) cf. p. 74, adn. 5.

[3]) *sapientia atque virtute* est ἓν διὰ δυοῖν ut *pretium et praemium; Virtus* = σοφία est Panaeti doctrina. de *virtute* cf. C. F. W. Mueller (Laelius) p. 118 et 130.

[4]) Cic. Tusc. 3, 48: *Lege orationes Gracchi, patronum aerarii esse dices.* cf. p. 72.

[5]) *commoda* or. ‚pro se' fr. *a*, p. 56.

[6]) verbo *honos* hic subesse potest notio ‚Ehrenstelle', cf. Cic. ep. X, 10, 1: *is honos mihi videri solet, qui non propter spem futuri beneficii ... defertur ...*

[7]) Part. Fut. sine verbo *esse* positum hic primum occurrit: Lindsay l. c., p. 79.

ordine tacent, hi vel<s>acerrimi sunt; nam ab omnibus pretium accipiunt et omnis fallunt. 5. Uos, quom putatis eos ab his rebus remotos esse, impertitis bonam existimationem. 6. Legationes autem a regibus, quom putant eos sua causa reticere, sumptus atque pecunias maxumas praebent, item uti in terra Graecia, quo in tempore Graecus tragoedus[1]) gloriae sibi ducebat talentum magnum[2]) ob unam fabulam datum esse, homo eloquentissimus ciuitatis suae Demades[3]) ei respondisse dicitur: ‚Mirum tibi uidetur, si tu loquendo talentum quaesisti? ego, ut tacerem, decem talenta a rege accepi.‘ Item nunc isti pretia maxima ob tacendum accipiunt.[4])

b) Plut. l. c. 29 (8) 1: ἔφη ποτὲ δημηγορῶν αὐτὸς αἰτήσειν χάριν, ἣ λαβὼν μὲν ἀντὶ παντὸς ἕξειν. εἰ δ'ἀποτύχοι μηδὲν ἐκείνοις μεμψιμοιρήσειν. τοῦτο ῥηθὲν ἔδοξεν αἴτησις ὑπατείας εἶναι, καὶ προσδοκίαν, πᾶσιν ὡς ἅμα μὲν ὑπατείαν ἅμα δὲ δημαρχίαν μετιὼν παρέσχεν.[5]) ἐνστάντων δὲ τῶν ὑπατικῶν ἀρχαιρεσιῶν καὶ μετεώρων ὄντων ἁπάντων ὤφθη Γάϊον Φάννιον κατάγων εἰς τὸ πεδίον, καὶ συναρχαιρεσιάζων ἐκείνῳ μετὰ τῶν φίλων . . . . .

---

v. 1. *tacent* vulg., *placent* codd., *pertacent* J. Gronovius, *sacerrimi* J. Bernays (cf. *péssime ac sacerrime* Turpil. ap. Non. II, 398).
v. 2. *praemium* ll.
v. 6. *item uti*] δ, *uti ut* γ.
v. 12. *Idem* codd., *item* vel *accepi: idem nunc isti: pretia* O. Seyffert (Berl. phil. Woch. 1886, 1087).

---

[1]) erat Aristodemus. cf. Gell. 11, 9, 2.

[2]) Ter. Phormio 644 et passim. „attisches Silbertalent von 60 Minen“, Hauler.

[3]) Demades *eloquentissimus homo civitatis suae* iudicatus videtur a Theophrasto. (cf. Blass, Att. Beredsamk. III, 2_2, p. 269. De moribus eius dicit Dinarchus I, 104 (ed. Th. Thalheim): προειρηκὼς ἐν τῷ δήμῳ τὸν ἑαυτοῦ τρόπον καὶ τὴν ἀπόνοιαν καὶ ὁμολογῶν λαμβάνειν καὶ λήψεσθαι.

[4]) de arte huius fragmenti egi p. 39 sqq.

[5]) Quae Plutarchus de hominum cogitationibus hic refert, non Gracchi temporis fonti sed Augusti potius aetatis debere videtur. cf. Kornemann, p. 23, n. 2; p. 42, n. 1

XVI. Oratio(nes)[1]) ad legem iudiciariam pertinen(te)s.

Anno 631/123.[1])

Argumentum: Iudicia a senatoribus ad equestrem ordinem a C. Graccho translata esse inter omnes constat.[2]) Id enim non solum a compluribus scriptoribus[3]) memoriae est traditum, sed etiam optime probatur Acilia lege repetundarum eo auctore lata, ex qua inter C D L iudices legi non potest *quei tr. pl., q., III vir cap., tr. m. l. IIII primis aliqua earum, triumvir a. d. a. siet fueritve, queive in senatu siet fueritve.* —

Ea quae apud Livium (per. 60)[4]) et Plutarchum (Ti. et C. Gr. 26(5) 1 et 2)[4]) leguntur, in quibus de equitibus (300 apud Plutarchum, 600 apud Livium) senatoribus addendis[1]) refertur, ad priores Gai rogationes spectare viri[5]) docti demonstraverunt.

---

[1]) cf. p. 104, p. 103. H. Meyer (deest).

[2]) M O. B. Caspari (Klio 1913), p. 193: „It must perhaps always remain an open question to what extent C. Gracchus was influenced by a desire to buy off the opposition of the Ordo equester to his agrarian policy when he accorded them extravagant political privileges.“

[3]) App. b. c. 22, 92 (cf. infra); Vell. 2, 32, 3: *per idem tempus Cotta iudicandi munus, quod C. Gracchus ereptum senatui ad equites, Sulla ab illis ad senatum transtulerat, aequaliter in utrumque ordinem partitus est*; 6, 3; 13, 2. Tac. Ann. 12, 60: *cum Semproniis rogationibus (!) equester ordo in possessione iudicorum locaretur* ... Varro ‚*De vita pop. Rom. IV.*‘, Non. p. 454 (Merc.): *iniquus equestri ordini iudicia tradidit ac bicipitem civitatem fecit, discordiarum civilium fontem.* cf. *Florus 2, 5, 3.*

[4]) Liv. per: *tertiam (legem), qua equestrem ordinem tunc cum senatu consentientem corrumperet, ut sescenti ex equite in curiam sublegerentur et, quia illis temporibus CCC tantum senatores erant, DC equites CCC senatoribus admiscerentur.* Plutarchus: ...... ὁ δὲ δικαστικός (νόμος), ὧν τὸ πλεῖστον ἀπέκοψε τῆς τῶν συγκλητικῶν δυνάμεως. μόνοι γὰρ ἔκρινον τὰς δίκας... ...ὁ δὲ τριακοσίους τῶν ἱππέων προσκατέλεξεν αὐτοῖς οὖσιν τριακοσίους καὶ τὰς κρίσεις κοινὰς τῶν ἑξακοσίων ἐποίησε.... 27 (6), 1.... ὁ δῆμος..... κἀκείνῳ τοὺς κρίνοντας ἐκ τῶν ἱππέων ἔδωκε καταλέξαι κ. τ. λ.

[5]) Pigh Ann. III, 60; Mommsen, St.R III, 530, 1; Kuebler (P.W. R. E. VI, 290) posuerunt unam legem promulgasse Gaium (vel eam a Livio, vel eam a Plutarcho relatam), antequam eriperet senatui totum iudicandi munus, duas Klimke, p. 15 sqq., cf. p. 103 et Fowler, cf. p. 103.

Sed, utrum iis equitibus, qui equum publicum tenebant, data sint iudicia, an iis, quibus quadringentorum milium nummum census erat, dubium videtur. Cum enim in priore legis repetundarum editione (C. I. L. I.[1] n. 198, vv. 12, 16) ad hos se referre legem iudicaverit Mommsen, in altera (jur. Schr. I, 1 sqq.; Bruns „Fontes Juris Romani Antiqui" post curas Th. Mommseni ed. O. Gradenwitz a. 1909) supplevit: *facito utei C D L viros ita legat, quei ha[ce civitate equom publicum habebit habuerit . . . .].* [1]) At ex Pliniano loco (nat. hist. 33, 34 et 35) clare apparet priorem Mommseni coniecturam praeferendam esse.

Nam Plinius: *iudicum autem appellatione separare eum ordinem* (i. e. equestrem) *primi omnium instituere Gracchi discordi popularitate in contumeliam senatus, mox debellata auctoritas nominis vario seditionum eventu circa publicanos substitit et aliquamdiu tertiae sortis viri publicani fuere . . . .* pergit: 35 *equitum quidem etiam nomen ipsum saepe variatum est, in iis quoque, qui id ab equitate trahebant. ‚Celeres' sub Romulo . . . . .*

Legem, qua totam rei publicae formam Gracchus esset permutaturus, accipere populus dubitavit (cf. dictum). Eam igitur saepius suasisse tribunum pro certo ponere possumus, sed interierunt omnia eius verba, e quibus nisi parva apud Appianum et Florum (??) vestigia nihil est servatum.

Fragmenta:

a) App. b. c. I, 22, 92: τὰ δικαστήρια ἀδοξοῦντα ἐπὶ δωροδοκίαις ἐς τοὺς ἱππέας ἀπὸ τῶν βουλευτῶν μετέφερε τὰ ὑπόγυα μάλιστα αὐτοῖς ὀνειδίζων, ὅτι Αὐρήλιος Κόττας[2]) (Κορνήλιος codd., corr. Gelenius et Schweighaeuser) καὶ Σαλινάτωρ[1]) καὶ τρίτος ἐπὶ τούτοις Μάνιος Ἀκύλιος,[2]) ὁ τὴν Ἀσίαν ἑλὼν σαφῶς δεδωροδοκηκότες ἀφεῖντο ὑπὸ τῶν δικασάντων οἵτε πρέσβεις οἱ κατ' αὐτῶν ἔτι παρόντες σὺν φθόνῳ ταῦτα περιιόντες ἐκεκράγεσαν.

b) ?? Florus 2, 1, 4[3]): quid ad ius libertatis aequandae magis efficax quam ut senatu regente prouincias ordinis equestris auctoritas saltem iudiciorum regno niteretur?

Dictum ad legem iudiciariam pertinens.

? a) Cic. de leg. 3, 9, 20 (ed. Vahlen Ber. 1883). *C. vero Gracchi* (*gracchi* codd.: *Gracchus* editiones; „*tribunatus* ex superioribus est supplendum";) *ruinis et iis sicis, quas ipse se proiecisse in forum dixit, quibus digladiarentur inter se cives, nonne omnem rei publicae statum permutavit?* (*perturbavit* unus cod. Oxoniensis.)

b) App. b. c. I, 93: φασὶ δὲ κυρωθέντος μὲν ἄρτι τοῦ νόμου τὸν Γράκχον εἰπεῖν, ὅτι ἀθρόως τὴν βουλὴν καθῃρήκοι.

c) Diod. 34. 27[4]): ὅτι ἑπτακαίδεκα φυλαὶ τὸν νόμον ἐπεδοκίμαζον, ἄλλαι δὲ ταύταις ἴσαι παρεδέχοντο, τῆς δὲ ὀκτωκαιδεκάτης διαριθμουμένης μία ψῆφος ὑπερῆρε τῶν κυρούντων τὸν νόμον. τῆς δὲ τοῦ δήμου κρίσεως εἰς οὕτω μικρὰν ῥοπὴν συγκλειομένης ὁ Γράκχος ἠγωνία ὡς ὑπὲρ τοῦ ζῆν κινδυνεύων, τῇ δὲ προσθήκῃ μιᾶς γνώμης μαθὼν ἑαυτὸν νικῶντα μετὰ χαρᾶς ἀνεφθέγξατο ‚Τὸ μὲν ξίφος ἐπίκειται τοῖς ἐχθροῖς, περὶ δὲ τῶν ἄλλων, ὡς ἂν ἡ τύχη βραβεύσῃ, στέρξομεν.'

cf. Diod. 37, 9: ὅτι ἀπειλούσης τῆς συγκλήτου πόλεμον τῷ Γράκχῳ διὰ τὴν μετάθεσιν τῶν κριτηρίων, τεθαρρηκότως οὗτος εἶπεν ὅτι ‚Κἂν ἀποθάνω, οὐ διαλείψω τὸ ξίφος ἀπὸ τῆς πλευρᾶς τῶν συγκλητικῶν διῃρημένον'

Similiter Plut. l. c. 33 (12), 3 (in fine capitis).

---

[1]) Kuebler l. c. huic Mommseni opinioni assentitur. Aliter Ed. Meyer, p. 433. cf. Florus 1, 47, 9: *unde iudiciariis legibus divulsus a senatu eques nisi ex avaritia, ut vectigalia rei p. atque ipsa iudicia in quaestu haberentur.*

[2]) Aurelius Cotta cos. 610/144. Ex Cicerone (div. in Caec. 69, Ps. Asc. ad locum, cf. Stangli adnotatio p. 204; Mur. 58) inter annos 132 et 129 eum accusatum esse intellegitur, Livius (Chron. Oxyrh. col. 8) anno 138 (cf. Kornemann, die neue Livius-Epitome. Klio Beiheft I, p. 104 sqq.) causam actam esse tradit.

[1]) de Salinatore reo nihil notum est.

[2]) de Aquillio cf. or. XV, argumentum, p. 74. De tempore accusationis nihil traditum est. Sed ante annum 628/126, quo triumphavit (C. I. L. I[2], p. 176), ut accusatus sit Aquillius, fieri non potest.

[3]) cf. p. 73; cf. p. 33.

[4]) Hoc Diodori caput ad legem iudiciariam pertinere, non ad rogationem contra Popillium latam, de qua verba antecedentia agunt, e Diodori fragmento 37, 9 intellegitur; Ed. Meyer, p. 395.

XVII. Oratio in rogatione Cn. Marci Censorini.[1])

Anno 631/123 vel 632/122.

Argumentum: Ex fragmento ipso Censorinum legem, qua de tribunorum militum aetate constitueretur, promulgasse elucet. Sed, utrum de *rufulis* i. e. iis, qui a consulibus creabantur, an de *quattuor primarum legionum tribunis*, quos populo ius erat nominare, agatur, dici non potest.[2]) *Veteres* ut creandi essent, tulit, quod adulescentes e loco senatorio aut equestri, qui in ordine non militaverant, sed aut meruerant equo, aut imperatorem ut contubernalis secuti erant, persaepe nominabantur. Gracchum autem, qui ipse de militum aetate atque de vestimentis iis publice dandis promulgasset,[3]) Censorinum ad hanc legem ferendam incitasse verisimillimum est.

Fragmentum:

Char. Gramm. I, p. 208, 20 (ex. I. Romani arte):[4])

C. Gracchus in rogatione Cn. Marci Censorini: ‚Si uobis probati essent homines adulescentes, tamen necessario uobis tr. mil. ueteres faciundi essent.'

fr. v. 16. *Marii* ω.
v. 17. *essent* ω, *esse* N.
v. 18. *tr. mil. veteres* N, *tribuni militares* Keil, cf Mommsen, R. St. R II, 185, n 2.

H. Meyer or. XVII (p. 245).

[1]) Quis fuerit, ignoratur. Aliud testimonium huius praenominis hac in gente adhibiti non exstat, aut ‚Lucius' aut ‚Gaius' nomen Censorinis est. (C. I. L. I², p. 351; Index.).

[2]) De tribunis militum egit Marquardt, Roem. St. Verw. II², p. 364—368, cf. imprimis, p. 366, n. 4. P. Cornelius Scipio vicesimum annum agens trib. mil. fuit, T. Flamininus duodevicesimum annum. — Iam antea nonnumquam, ne minores natu tribuni crearentur, decretum erat, e. g. Liv. 44, 21, 2: *senatus decrevit, ut in octo legiones parem numerum tribunorom consules et populus crearet, creari autem neminem eo anno placere, nisi qui honorem gessisset.* — Quae Polybius (6, 19, 1) refert de aetate trib. postea obsoleverant, F. Froehlich „Das Kriegswesen Caesars" (Zürich 1882), p. 19.

[3]) Plut. l. c. 26 (5), 1: ὁ δὲ στρατιωτικὸς (νόμος), ἐσθῆτα τε κελεύων δημοσίᾳ χορηγεῖσθαι, καὶ μηδὲν εἰς τοῦτο τῆς μισθοφορᾶς ὑφαιρεῖσθαι τῶν στρατευομένων καὶ νεώτερον ἐτῶν ἑπτακαίδεκα μὴ καταλέγεσθαι στρατιώτην. Diod. 34, 25.

[4]) cf. p. 20.

XVIII. Oratio in L. Caecilium Metellum.[1])

Annus incertus.

Argumentum incertum.

Fragmentum:

Diom. gramm. I, p. 311, 16 (fons?)[2]):

Verba genetivis casibus sic iunguntur: ‚memor sum bonorum', ‚obliviscor iniuriae' .... 22, sed et dativo dixerunt, ut Gracchus in L. Metellum: ‚Usque adeo pertaesum uos mihi esse' ....[3])

XIX. Oratio adversus Furnium.[4])

Annus incertus.

Argumentum incertum.

Fragmentum:

Diom. gramm. I, 401, 2 (e Flavi Capri ‚de Latinitate' libro).[5])

Item ‚auxilio' *ait Gracchus adversus Furnium:* ‚quibus ego primus, quo modo auxiliem?'[6])

fr. v. 16. *Furnium* codd., Keil; *furius* edd. interpoll., Ellendt, L. Furium Philum (p. 44), H. Meyer.
v. 17. *primum cum auxilio* edd. interpoll., *auxiliem* A (cod. Paris 7494, B (cod. Paris 7493), *auxilii est* M (Monacensis).

[1]) Hic utrum fuerit L. Caecilus Metellus Diadematus (cos. 637/117), an L. Caecilius Metellus Dalmaticus (cos. 635/119) dici non potest. Diodematum fuisse Gai adversarium nulla causa allata dixit Muenzer (P. W. R. E. III, 1, p. 1235, n. 94). H. Meyer or. XII (p. 243).

[2]) cf. p. 21.

[3]) Similiter apud M. Pacuvium: Dulorestes fr. 21 (O. Ribbeck, Lips. 1897): *quid? quod iam et mihi piget paternum nomen, maternum pudet profari.*

[4]) Quis fuerit, ignoratur. De Furnia gente, cf. Groag, P. W. R. E. VII, 1, p. 375. H. Meyer or. XIII (p. 244).

[5]) cf. p. 21.

[6]) J. B. Hofmann, p. 38.

XX. Oratio in Q. Aelium Tuberonem.[1])

Annus incertus.

Argumentum: Haud scio an Q. Aelius Tubero, quem ut disciplinae Stoicorum[2]) sectatorem durum incultumque fuisse traditum est, dixerit contra Gai sumptum[2]) (cf. fragmentum), quem inimicos insectatos esse testastur Plutarchus (Ti. et C. Gr. 2, 3).[3])

Testimonium:

Brutus 117: *Et quoniam Stoicorum est facta mentio, Q. Aelius Tubero fuit illo tempore, L. Paulli nepos, nullo in oratorum numero. sed vita severus et congruens cum ea disciplina, quam colebat, paulo etiam durior; . . . . sed ut vita sic oratione durus, incultus, horridus; itaque honoribus maiorum respondere non potuit. Fuit autem constans civis et fortis et in primis Graccho* (*C. Graccho* Kroll) *molestus, quod indicat Gracchi in eum oratio. Sunt etiam in Gracchum Tuberonis; is fuit mediocris in dicendo, doctissimus in disputando.*

Fragmentum:

Prisc. gramm. II, p. 88, 4 (e Flavi Capri libro ‚de Latinitate').[4]) (agitur de comparativo) *C. Gracchus contra Q. Aelium Tuberonem:* ‚utrum inimicorum meorum factio[5]) an

fr. v. 19. *Q. Aelium* Krehl. *aemilium* codd.

H. Meyer or. IX (p. 240).

[1]) Num 631/123 praetor fuerit, quod Kroll hoc ex fragmento conclusit, ignoratur, privato enim homini legem dissuadere etiam licebat (cf. Ed. Cuq. D. S. III, p. 1122). Tiberio quoque restitit ille, quamquam antea amicus fuerat. (cf. Lael. 37).

[2]) cf. Schmeckel, pp. 67 sqq., 443 et passim.

Mur. 75: *ille* (Aelius) . . . . *stravit pelliculis haedinis lectulos Punicanos et exposuit vasa Samia, quasi vero esset Diogenes cynicus mortuos et non divini hominis Africani mors honestaretur.*

[3]) τῇ δὲ πρὸς τὸν ἀδελφὸν διαφορᾷ νεοπρεπὴς καὶ περίεργος, ὡς οἱ περὶ Δροῦσον ἤλεγχον ὅτι δελφῖνας ἀργυροῦς ἐπρίατο τιμῆς εἰς ἑκάστην λίτραν δραχμῶν χιλίων καὶ διακοσίων πεντήκοντα. Plin. n. h. 33, 147.

[4]) cf. p. 21.

[5]) *factio*, cf. Cic. de re publ. III, 23: *cum . . . certi propter divitias aut genus aut aliquas opes rem publicam tenent, est factio, sed vocantur illi optimates* . . . cf. I, 44; I, 69.

magis sollicitudo te impulit, ut in me industriior[1]) sis quam in te?'

XXI. Oratio pro lege sua ‚de sociis et nomine Latino'.

Anno 632/122 ante mensem Quintilem habita.

Argumentum: C. Gracchus ex Africa reversus, ut Latinis civitas daretur et ius suffragii[2]) Italicis, tulit. Contra eam rogationem, quae non optimatibus modo, sed equitibus multisque e plebe displicebat, imprimis C. Fannius consul dixit, cuius de oratione Cicero mentionem facit. Et favorem plebis iam antea diminutum hac lege omnino amisit Gaius, ut tertium tribunus non crearetur.[3])

Alteram legem Gaium, ut Latini pariter ac Romani suffragia ferrent,[4]) antea promulgasse intellegimus ex Livi Drusi[4]) rogatione, quam auctoritate senatus Gracchi legem supersedendi

v. 1. *solitudo* B (cod. publ. Bamberg), G (cod. conventus Sangallensis), L (cod. Lugd. Bat. olim Gruterianus, K (Caroliruhensis); *sollicitudo patria* D (cod. publ. Bernensis), *sollicitudo* φατρια Darmst.[a], *sollicitudo* πατρια Darmst.[c]. *industriior* G_2, K_2, *industrior* B, D, G, K.

v. 2. *sis* add. R_2 (cod. bibl. imp. Paris 7496).

[1]) cf. Prisc. II, p. 87, 8—88, 14, ubi laudantur comparativi (et superlativi) hoc modo formati ex Catonis, Pacuvi, Lucilique scriptis sumpta. cf. Neue-Wagener, Formenlehre II, 202 sqq.

[2]) Kornemann, p. 45; Mommsen, Roem. Gesch. II, p. 119; cf. p. 58. H. Meyer (deest).

Mommsen Gaium sociis dare voluisse existimat id suffragii ius, quo utebantur Latini, i. e. ut in una tribu, quae, quotiens comitia habebantur, sortienda erat, suffragia ferrent. Cui recte Kornemann (p. 50) id neque ex verbis Appiani intellegendum esse, neque ulli sociis utilitati esse potuisse obiecit. Aliter: F. Cauer, p. 607.

App. I, 23, 99; Plut. l. c. 26 (5), 1; 29 (8), 2; Vell. 2, 6, 2, cf. infra.

[3]) cf. testimonium; cf. vita p. 26.

[4]) M. Livius Drusus trib. pl. a. 122, cf. Plut. 29 (8) 3: ἦν γὰρ εἷς τῶν τοῦ Γαΐου συναρχόντων Λίβιος Δροῦσος . . .

Plut.: Ti. et C. Gr. 30 (9), 2: . . . ὁ μὲν (Gracchus) τοῖς Λατίνοις ἰσοψηφίαν διδοὺς ἐλύπει, τοῦ δ' (Drusi), ὅπως μηδ' ἐπὶ στρατείας ἐξῇ τινα Λατίνων ῥάβδοις αἰκίσασθαι, γράψαντος ἐβοήθουν τῷ νόμῳ.

causa tulerat[1]) ,ne quispiam ex sociis Latini nominis in exercitu virgis caedi liceret.' Sed vana fuisset Liviana lex, si Sempronia rogatione statim civitas, in qua inclusum fuisset illud ,de tergo' privilegium, Latinis promissa esset.

Testimonium:

Cic. Brut. 26, 99: ,(C. Fannius)[2]) *Gai filius, qui consul cum Domitio fuit, unam orationem de sociis et nomine Latino*[3]) *contra* <*C.*> (add. Jahn) *Gracchum reliquit sane et bonam et nobilem*' (rell. v. p. 32).

Fragmentum:

App. b. c. 1, 23, 99: καὶ τοὺς Λατίνους ἐπὶ πάντα ἐκάλει τὰ Ῥωμαίων, ὡς οὐκ εὐπρεπῶς συγγενέσι τῆς βουλῆς ἀντιστῆναι δυναμένης. τῶν τε ἑτέρων συμμάχων, οἷς οὐκ ἐξῆν ψῆφον ἐν ταῖς Ῥωμαίων χειροτονίαις φέρειν, ἐδίδου φέρειν ἀπὸ τοῦδε . . .[4])

---

1) cf. p. 83, adn. 4.

2) cf. p. 73 sqq.

3) cf. H. Meyer, p. 199; Iul. Vict. p. 402, 12 sqq. (Halm.) *Et ut a Gaio Fannio adversus Gracchum dictum est: ,si Latinis civitatem dederitis, credo, existimatis, vos ita ut nunc constitisse* (cod., cf. Norden l. c., p. 172; *constitistis* Halm), *in contione habituros locum aut ludis et festis diebus interfuturos. Nonne illos omnia occupaturos putatis?*'

4) cf. Plut. l. c. 26 (5), 1: ὁ δὲ συμμαχικὸς (νόμος), ἰσοψήφους ποιῶν τοῖς πολίταις τοὺς Ἰταλιώτας.

29 (8) 2: καλῶν δ'ἐπὶ κοινωνίᾳ πολιτείας τοὺς Λατίνους.

Velleius (2, 6, 2) *dabat civitatem omnibus Italicis* ad omnis per errorem id, quod ad Latinos solos spectabat, rettulit.

C. Orationes post tribunatus habitae.

XXII. Oratio de lege Minucia.[1]) (Q. M.?)

Anno 633/121 ineunte aestate habita.[2])

Argumentum: Cum tribunatu repulsus esset Gracchus potentia valde deminuta, atque consulatum (a. 633/121) iniisset L. Opimius,[3]) inimicissimus eius, adversarii cum alia, quae constituerat, irrita facere conabantur, tum ultimum magistratum,[4]) quem tenebat, i. e. triumviratum Carthaginem coloniae deducendae, ei eripere volebant, ut privatum e medio tollerent. Itaque Minucius Rufus (Q. vel M.)[1]) tribunus plebis, optimatibus auctoribus Rubriam[5]) de ,Iunonia' colonia legem derogavit de diris ominibus, ut videtur, commemorans, quae in nova colonia

---

1) *Q. M. Minucieis Q. F. Rufeis* (C. I. L. I^2 584) a. 637/117 legati senatus erant, alteruter consul 644/110; de praenomine falso Ziegler l. c. H. Meyer or. XIV (p. 244).

2) Tumultus Gracchanus ortus est, cum Q. Fabius Maximus (cf. test. c), alter consul, urbe iam exisset. (cf. vita p. 27).

3) L. Opimius cos. 633/121, cf. C. I. L. I^2, p. 150.

4) cf. vita p. 27, inter magistratus in lege Acilia repetundarum (cf. C. I. L. I^2 n. 583; Bruns ,Fontes', p. 54 sqq., v. 22) nominatur: *queive l. Rubr[ia III vir col[oniae) ded]ucendae) creatus siet fueritve . . .]*

5) de Rubria lege cf. imprimis Mommsen, jur. Schr. I, p. 119. — Rubrius num priore an altero anno Gai fuerit collega, dici non potest. De Carthaginem colonia deducenda testibus Eutropio 4, 21, Orosio V, 12, 1, Velleio 1, 15, 4 anno 631/123 lata est. (Testimonia: Liv. per. 60, Plut. 31 (10) 1, App. b. c. I, 24, 102, quae anno 632/122 legem vindicant, de colonis, qui Gaio duce in Africam profecti sunt, agere videntur, cf. Klimke, p. 16). Sed utrum mense Novembri, an Decembri, cum alterum tribunatum iniisset Gaius, quis dixerit? Constat quidem eodem anno Rubrium et Acilium (cf. C. I. G. II^1, 2485, P. Viereck ,Sermo Graecus' diss. Gott. 1888, tit. XXI, p. 42) fuisse tribunos, intellegi potest legem Rubriam ante Aciliam perlatam esse (cf. supra, adn. 4), ponendum est hanc de repetundis legem rogatam esse, antequam Gaius de civitate Latinis danda tulisset (cf. vv. 76—78), quod attinet ad tempus Aciliae legis, cum non exstet certum testimonium, primum an iterum C. Graccho tribuno, num Rubrius eius fuerit collega, quaerere est inane. — M. Ziegler (p. 6) utroque anno tribunum fuisse Rubrium existimat, qua de re nihil est traditum.

accidissent, quod Scipio Aemilianus urbe deleta, ne quis ibi habitaret, sollemni carmine locum devovisset. Gaius et Fulvius Flaccus amicus eius, cum obsisterent quam acerrime Minuciae rogationi, ortus est tumultus, in quo uterque interiit.[1])

Legem Rubriam paulo post derogatam esse elucet e verbis legis agrariae a. 643/111, v. 59 (C. I. L. I² n. 585) *ex lege Rubria quae fuit.*

Testimonia: a) Oros. 5, 12, 4 . . . . *tandem a tribunatu Minucio successore decessit. Minucius tr. pl. cum maxima ex parte decessoris sui Gracchi statuta convulsisset, legesque abrogasset. . .*

b) 5, 12, 5: *Comitia habebantur, ut lex de colonia Carthaginis abrogaretur.* cf. Plut. Ti. et C. Gr. (13), 1.

c) Iul. Obs. 33 (ed. O. Roßbach): *L. Opimio Q. Fabio Maximo coss.* (a. 633/121) *grex luporum limites, qui in agrorum divisione per C. Gracchum depositi erant, dissipavit. Ipse Gracchus in Aventino occisus.*

d) Sall. Iug. 42: *nobilitas* . . . . *Gaium* (Gracchum) . . . . . *triumvirum coloniis deducundis* . . . . . *necaverat.*

Fragmenta:

a) Festi Fragm. ex Apogr. l. XIV (Qu. X, p. 220, 2): *,Osi sunt'*[2]) *ab odio declinasse antiquos testis est C. Gracchus in ea, quae est de lege Minucia, quom ait*: ,Mirum, si quid his iniuriae fit? semper eos osi sunt.' *Quod nunc quoque cum praepositione elatum frequens est, quom dicimus* [*semper*] *,perosi'.* (cf. Pauli excerptum p. 221, 1.)

Huic orationi vel alii de eadem rogatione agenti vindicari possunt ea, quae ab Appiano traduntur: b. c. I, 24, 105: ἐπιστειλάντων δὲ τῶν ἐν Λιβύῃ τὴν πόλιν ἔτι διαγραφόντων, ὅτι

fr. v. 23. *iis* X, ed princ., *his* Fu, *sit* W¹, ed. princ., vulgata, *fit* W² X, *fit;* Lindsay, *fit?* Voss (cf. or. XIV fr. a.): *mirum tibi videtur, si tu . . . quaesisti?*
v. 24. *quom* codd., *quando* ed. princ., Lindsay.
v. 24. *semper* hab. W, Fu, om. X, ed. princ, Lindsay.

[1]) cf. vita, p. 27.

[2]) *osus sum* cf. Plaut. Amph., 900: *inimicos semper osa sum obtuerier,* cf. F. Skutsch: Glotta, 1910, p. 238; de hoc loco Brugmann I. F., V, p. 129.

λύκοι τοὺς ὅρους Γράκχου τε καὶ Φουλβίου[1]) διέρριψαν ἀνασπάσαντες[2]) καὶ τῶν μάντεων τὴν ἀποικίαν ἡγουμένων ἀπαίσιον, ἡ μὲν βουλὴ προέγραψεν ἐκκλησίαν, ἐν ᾗ τὸν νόμον ἔμελλε τὸν περὶ τῆσδε τῆς ἀποικίας λύσειν. ὁ δὲ Γράκχος καὶ ὁ Φούλβιος, ἐπεὶ καὶ τοῦδε ἐξέπιπτον, μεμηνόσιν ἐοικότες[2]) ἐψεῦσθαι τὴν βουλὴν ἔφασκον περὶ τῶν λύκων.[3]) (cf. p. 104.)

XXIII. Oratio in Mevium.[4])

Anno 633/121?[5])

Argumentum incertum.

Fragmentum:

Isid. Etym. 19, 32, 4 (Lindsay): *Apud veteres ultra unum anulum uti infame habitum viro. Gracchus in Mevium:* ,Considerate,[6]) Quirites, sinistram eius; em,[6]) quoius auctoritatem sequimini, qui propter mulierum cupiditatem ut mulier[7]) est ornatus.'

v. 12. *Mevius* F (cod. Weilburgensis Gymn. bibl. 3), *melium* D (cod. Basiliensis F III 15), E (cod. Paris. lat. 13028), ***Maenium*** ed. Arevaliana.
v. 13. *em*] *en* (*in* K P) Isidori codd.
v. 14. *qui propter*] *quippe* M (cod. Cavensis 23).
v. 15. *ut mulieres* T (cod. Toletanus Matritensis (Tol. 15, 8), *muliebre* K, M, N, P.

[1]) Romae mansisse Fulvium refert Plut. l. c. 31 (10) 1, 2; 32 (11), 2. cf. p. 26

[2]) Sententia μεμηνόσιν ἐοικότες deberi videtur operi alicuius, qui ab optimatibus stabat. cf. Diod. 34, 28a (Posidonius): . . . . . ἀντετάττετο ὁ Γράκχος, καὶ ἀεὶ καὶ μᾶλλον ταπεινόμενος καὶ παρὰ προσδοκίαν ἀποπίπτων εἰς λύτταν τινὰ καὶ μανιώδη διάθεσιν ἐνέπιπτε . . . cf. Schwartz, p. 799; cf. Ed. Meyer, p. 414, n. 4.

[3]) App. Lib. 136, Plut. l. c. 32 (11). De tempore prodigii differunt fontes: Jul. Obs., App. (cf. s.) post Gaium Romam reversum factum esse tradunt, Oros. (V, 12, 1) *magno ante* (Iunoniam conditam) *prodigio praecedente* dicit, Plut. 32 (11) compluria prodigia tum, cum Carthagini erat Gracchus, accidisse refert. cf. Schwartz, p. 809.

[4]) Ellendt, H. Meyer ***Maenium***, Arevalem secuti. H. Meyer or. XV (p. 244).

[5]) L. Lange, Ellendt aliique putant eum ut Minucium tribunum pl. a. 633/121 fuisse, qua de re nihil est traditum (cf. Ed. Meyer, p. 414, adn.).

[6]) *em* C. Gracchus, cf. or. II, fr. a.

[7]) cf. Plut. l. c. 25 (4) 3; p. 98, adn. 2.

XXIV. Verba ex oratione sumpta, quam ultima in necessitate Gracchus videtur habuisse.[1])

Anno 633/121.

Argumentum: cf. or. XXII.

Fragmentum:

Cic. de orat. 3, 56, 214 (de actione agitur, cf. p. 35): *Quid fuit in Graccho, quem tu melius, Catule,*[2]) *meministi, quod me puero tanto opere ferretur* (*efferretur* Lambinus)? ‚Quo me miser conferam? Quo uortam? In Capitoliumne? At fratris sanguine madet. An domum? Matremne ut miseram lamentantem uideam et abiectam?' *Quae sic ab illo esse acta constabat oculis, voce, gestu, inimici ut lacrimas tenere non possent.*

e Cicerone Quint. 11, 3, 115: *Aut Gracchanum illud*, ‚quo me miser conferam? in Capitolium, ad fratris sanguinem? an domum?' *plus enim adfectus in his iunctae exhibent manus ....*

C. Iul. Vict. (p. 443, 3): *Aut Gracchanum illud:* ‚quo me miser conferam? in Capitolium ad fratris sanguinem? an domum?' *maiorem enim affectum in his iunctae exhibent manus.*

---

fr. v. 10. *madet* M (cons. codd. Abricensis 238, Erlangensis 848, Harleiani 2736), *redundat* L (cons. codd. Ottoboni. 2057, Palat. 1469) vulg.; *an* om. M.
v. 11. *lamentantemque* L.
v. 14. *quo me* P (Parisinus 7723), O (Oxoniens. Harl. Ms. 2664) Radermachero teste per litteras, *me quo miserum* cod. M(onac. lat. n. 23473).
v. 15. *ad fratris sanguinem* O, P, Radermachero teste p. l., Bernensis 351, Bamberg. M, IV., 14; Halm *at f. s. madet* e Cicerone. — cf. p. 13.

H. Meyer inc. 5 (p. 247).

1) Cur eo tempore verba dicta esse ducam, infra exponam (p. 89). Eidem tempori vindicant F. Ellendt, p. 43; Ed. Meyer, p. 414; Leo, p. 308. Paulo post Tiberium interfectum orationem habitam esse putat Piderit in editione ‚de Oratore' libri (a. 1886), sed eo tempore in castris fuit Gaius et Romam reversus liberrime contra inimicos locutus est. (cf. or. II.)

2) Catulus anno post Gaium interfectum quaestor erat, Crassus septendecim annos natus.

Hunc locum, quod optimum est exemplum schematis saepius ab auctoribus Graecis repetiti,[1]) Cicero cum compluries imitatus est — ut Bonnet[2]) exemplis allatis[3]) probavit — tum ad verbum fere in oratione pro Murena habita 88 sqq.: *quo se miser vertit? domumne? ut ..... videat? an ad matrem, quae .... Ibit igitur in exsilium miser? Quo? ad Orientisne partis ...? At habet magnum dolorem .... An se in contrariam partem terrarum abdet .....? In ea porro provincia quo animo C. Murenam fratrem suum aspiciet?*

Post Ciceronem eadem occurrit figura apud Sallustium,[4]) Livium,[2]) Ps. Sallustium[4]) (in M. Tullium). Sed hi scriptores, num Gracchi verbis ipsis nitantur, quamquam in scholis rhetoricis valde trita ea esse suspicari possumus, dici non potest. Ciceroni enim ut debuerint schema, fieri potest — quod de illa in Ciceronem invectiva pro certo ponendum est —, an Graecis oratoribus, quos item id adhibuisse demonstravit Norden.[5]) Apud poetas Romanos in fragmentis servatis primum occurrit apud Ennium ex Euripidis Medea sumptum,[6]) postea apud Catullum,[7]) Vergilium,[7]) Ovidium.[7]) Ex verbis autem, quae apud hos poetas atque apud Livium legimus, intellegitur figuram non solum in iudiciali dicendi genere — ut putat Ciceronianis

---

1) J. Vahlen (Ennianae Poesis Rell., Lips. 1903), p. 169.

2) M. Bonnet *‚le Dilemme de C. Gracchus'* (Révue des études Anc. 1906 [8]), p. 40 sqq.

3) Verr. II, 5, 2; II, 5, 126; Flacc. 4.

4) Sall. Iug. 14, 15—17; Liv. 40, 10, 3; Ps. Sall., in M. Tull. I, 1.

5) Ed. Norden l. c., Nachtrag p. 10.

6) cf. Vahlen, qui Ciceronem (de orat. III, 217) clarum hunc Ennianum locum fortasse non integrum laudasse ducit.

7) Cat. 64, 177; Ovid. Met. 8, 113; Verg. Aen. 2, 69.

Haec et superiora exempla collegit Bonnet. Addidit: Ter. Hec. 516; Hier. vita St. Pauli (Migne XXIII), p. 24; Greg. Tur. (Mon. Germ. Hist. Script. Rer. Merov. t. I, p. II), p. 749 v. 7. His autem locis multo simplicior videtur figura.

Ter.: *perii, quid agam? quo me vertam? quid viro meo respondebo?*
Hier.: *quid ageret, quo verteret gradum, nesciebat.*
Greg.: *quid ageret, quo se verteret, in ambiguo dependebat.*

exemplis adductus Zielinski[1]) — adhibitam esse, sed tum etiam, cum summo in discrimine, quacumque eat via, quaecumque faciat, se esse periturum aliquis dicere vult. Itaque C. Gracchum quoque, cum undique ab hostibus esset circumventus, haec verba locutum esse ponere possumus.

---

[1]) „Cicero im Wandel der Jahrhunderte.“ Teubner 1912, p. 282.

D. C. Gracchi ex aliis scriptis reliquiae:

A. **C. Gracchi ‚ad M. Pomponium Rufum‘ libellus.**[1])

Annus incertus.

Argumentum:

C. Gracchum de patris morte quaedam *ad M. Pomponium* scripsisse auctor nobis est Cicero (de div. 1, 18, 36; 2, 29, 36). Hunc vero Pomponium,[2]) cui cognomen erat Rufus, in tanta amicitia cum Gaio fuisse, ut una cum eo interiret, omnes fontes, quamquam varia de eius morte referunt, confirmant. Similia ac Cicero memoriae tradit Plutarchus (l. c. 1, 2), verbo, λέγεται autem primarium fontem a se ignorari indicare videtur. Alio loco (8, 4), quo, qua re adductus Tiberius legem agrariam tulerit, de diversis scriptorum opinionibus commemorat, Gai fratris sententiam ἔν τινι βιβλίῳ expositam disertis verbis nomine addito afferre non neglexit. Utrumque fragmentum, e quibus de egregiis patris moribus optimisque fratris consiliis Gaium praedicasse intellegimus, Gaium scriptum publicasse[3]) docere videtur, fratris suisque rebus, ut Ciceronis verbo utar, aliquid lucis

---

[1]) an ‚epistula‘? Hoc quoque verbum simili de re adhibere solitos esse scriptores docet imprimis Cic. Sulla 67: *Hic tu epistulam meam saepe recitas, quam ego ad Cn. Pompeium de meis rebus gestis et de summa republica misi:* cf. Schol. Bob. ad Cic. pro Planc., § 85 (p. 167 Stangl) .... *significat < quantum > scio epistulam non mediocrem ad instar voluminis scribtam, quam Pompeio in Asiam de rebus suis in consulatu gestis miserat Cicero:* Alibi Cicero utitur verbo *liber*: Brut. 112: *(Scauri) tres ad L. Fufidium libri scripti de vita ipsius ...* H. Meyer: ‚ex epistolarum Gracchi libro (p. 249) a Fannio annalibus suis inserto.‘

[2]) Vell. 2, 6, 6; Val. Max. 4, 7, 2; de vir. ill. 65, 5; Plut. l. c. 37 (16) 4. Val. Max. 4. 4 ex Pomponi cuiusdam Rufi libris fabellam inseruit, qua Corneliam matronae illi Campanae filios ut ornamenta produxisse refertur. Num idem fuerit ille ac Gai amicus dubium est. cf. Teuffel: roem. Litt. § 279, 3.

[3]) Hoc modo E. Schwartz, p. 793, de Gai scripto iudicat, ex eodem autem libello fragmenta a Cicerone et Plutarcho (8) allata sumpta esse existimat; similiter H. Peter (Lipsiae 1914), p. CLIXXX sqq., p. 119. De eiusmodi libellis cf. H. Peter („Geschichtliche Litteratur über die röm. Kaiserzeit“, Leipzig 1897), p. 162 sqq.; O. E. Schmidt (Neue Jahrb. f. d. klass. Alt. 1901), p. 620 sqq.

afferendi causa, ut homines ad partes suas sequendas incitarentur. Eodem autem ex libello utrumque num allatum sit, quis dixerit?

Testimonia-Fragmenta.

a) Cic. de div. 1, 18, 36: Q. Cicero[1]): < *Ti.* > (sic Christ, *tibi* codd.) *Gracchus Publii filius, qui bis consul et censor fuit, idemque et summus augur et vir sapiens civisque praestans, nonne, ut C. Gracchus, filius eius, scriptum reliquit,* duobus anguibus domi comprehensis[2]) haruspices convocavit? qui cum respondissent, si marem emisisset, uxori brevi tempore esse moriendum, si feminam, ipsi, aequius esse censuit se maturam (*maturum* Davis, Baiter, fortasse recte) oppetere mortem quam P. Africani filiam adulescentem; feminam emisit, ipse paucis post diebus est mortuus.

2, 29, 62: *C. Gracchus ad M. Pomponium scripsit* duobus anguibus domi conprehensis haruspices a patre convocatos . . . . . (rell. v. p. 16).

e Cicerone sumpserunt: Val. Max. 4, 6, 1; Auct. de vir. ill. 57, 4; Plin. n. h. 7, 122.

Plut. l. c. I, 2[3]): λέγεται δέ ποτε συλλαβεῖν αὐτὸν ἐπὶ τῆς κλίνης ξεῦγος δρακόντων. (rell. v. p. 15.)

H. Meyer inc. 11 (p. 249) ‚in oratione, opinor, de legibus a se promulgatis'.

b) Plut. l. c. 8, 4[4]): ὁ δ'ἀδελφὸς αὐτοῦ Γάϊος ἔν τινι βιβλίῳ[5]) γέγραφεν εἰς Νομαντίαν πορευόμενον διὰ τῆς Τυρρηνίας τὸν Τιβέριον[6]) καὶ τὴν ἐρημίαν τῆς χώρας ὁρῶντα καὶ τοὺς γεωργοῦντας ἢ νέμοντας οἰκέτας[7]) ἐπεισάκτους καὶ βαρβάρους, τότε πρῶτον ἐπὶ νοῦν βαλέσθαι τὴν μυρίων κακῶν[6]) ἄρξασαν αὐτοῖς πολιτείαν.

---

[1]) cf. H. Peter l. c.

[2]) angues mariti et uxoris genii sunt, cf. Otto, P. W. R. E. VII, p. 1162 sqq.; de Gai superstitione, cf. p. 56.

[3]) Libellum Gai ipsum non inspexisse Plutarchum iam vidit Nitzsch, p. 455.

[4]) Tiberius quaestor C. Hostilio Mancino consule (a. 617/137) Numantiam profectus est. Plut. l. c. 5, 1.

[5]) βιβλίον cf. Isocrates in claro illo ad Philippum scripto § 21.

[6]) cf. App. b. c. I, 7, 29; 9, 35; Plut. l. c. 8, 2. de re cf. Poehlmann, p. 127 sqq.

[7]) Ut haec sententia ex Gai libello orta sit, fieri non potest, cf. Nitzsch l. c.

B. C. Gracchi edictum.

Anno 632/122.

Argumentum:

Cum de civitate Latinis et de suffragii iure Italicis dando C. Gracchus legem promulgasset (cf. or. XXI), Fannius consul auctoritate senatus, ut omnes peregrini, quibus suffragia ferre non liceret, urbe exirent, decrevit.[1]) C. Gracchus contra eum edictum, quo peregrinos, si in urbe manerent, se adiuturum esse promisit, proposuit.

Testimonia: a) App. b. c. I, 23, 99: καὶ τοὺς Λατίνους ἐπὶ πάντα ἐκάλει . . . . cf. or. XXII . . . . 100: ἐφ᾽ ᾧ δὴ μάλιστα ἡ βουλὴ διαταραχθεῖσα τοὺς ὑπάτους ἐκέλευσε προγράψαι μηδένα τῶν οὐ φερόντων ψῆφον ἐπιδημεῖν τῇ πόλει μηδὲ προσπελάζειν ἀπὸ τεσσαράκοντα σταδίων παρὰ τὴν ἐσομένην περὶ τῶνδε τῶν νόμων χειροτονίαν. H. Meyer (deest).

b) Plut. l. c. 33 (12), 1: ἔπειτα τῶν νόμων ἐξέθηκε τοὺς λοιπούς,[2]) ὡς ἐπάξων τὴν ψῆφον αὐτοῖς. ὄχλου δὲ πανταχόθεν αὐτῷ συνιόντος, ἔπεισεν ἡ βουλὴ τὸν ὕπατον Φάννιον ἐκβαλεῖν τοὺς ἄλλους πλὴν Ῥωμαίων ἅπαντας, γενομένου δὲ κηρύγματος ἀήθους καὶ ἀλλοκότου[3]) μηδένα τῶν συμμάχων μηδὲ τῶν φίλων ἐν Ῥώμῃ φανῆναι περὶ τὰς ἡμέρας ἐκείνας, ἀντεξέθηκεν ὁ Γάϊος διάγραμμα κατηγορῶν τοῦ ὑπάτου, καὶ τοῖς συμμάχοις ἂν μένωσιν βοηθήσειν ἐπαγγελλόμενος.

---

[1]) Cic. Sest. 30: *nihil acerbius socii et Latini ferre soliti sunt quam se, id quod perraro accidit, ex urbe exire a consulibus iuberi.* cf. ‚lex Iunia de peregrinis', or. III; Mommsen, R.St.R. II, p. 139, 4.

[2]) quas leges praeter rogationem de Latinis civitate . . . danda tum tulerit Gracchus, ignoratur.

[3]) verba ἀήθους καὶ ἀλλοκότου Plutarchum legem Iuniam ignorasse indicare videntur. cf. p. 15.

E. Incerta.

H. Meyer (deest).

I. Argumentum: Regnum occupare conari Tiberium insimulabant,[1] ut solebant, si quem e medio tollere in animo habebant, optimates, quin etiam in senatu, cum de Attali hereditate ageretur, Q. Pompeius Rufus (cos. 613/141) sibi, quod vicinus Ti. Gracchi esset, notum esse dixit insignia regia Pergamena illi, ut Romae regnaret, oblata esse. cf. Plut. l. c. 14, 2: καὶ Πομπήϊος μὲν ἀναστὰς ἔφη γειτνιᾶν τῷ Τιβερίῳ, καὶ διὰ τοῦτο γινώσκειν Εὔδημον αὐτῷ τὸν Περγαμηνὸν τῶν βασιλικῶν διάδημα δεδωκότα καὶ πορφύραν (cf. fragmentum), ὡς μέλλοντι βασιλεύειν ἐν Ῥώμῃ. — Deinde memoriae traditur adversarios, cum summo in periculo Tiberius manu tetigisset caput, ut sibi auxilium ferrent amici, in senatum decurrisse diadema illum poscere dicentes (Plut. 19, 2;[2]) de vir. ill. 64, Florus 2, 2, 7). Contra eiusmodi insimulationes Gaius dixit, ut apparet ex fragmento: Gramm. Lat. ‚De dub. Nominibus‘ (gramm. V, p. 577, 30).

Diadema *generis neutri, ut Gracchus:* ‚purpura<m> et diadema‘[3]) (= Plin. dub. Serm., p. 65 Beck).

H. Meyer inc. sed. (4) p. 217.

II. Isid. Etym. l. 2, 21, 4 (ed. Lindsay)[4]): *Hanc figuram* (i. e. climacem) *nonnulli catenam appellant, propter quod aliud in alio*

I. v. 17. *purpuram* coni. Haupt.

[1]) Cic. Lael. 41: *Ti. Gracchus regnum occupare conatus est vel regnavit is paucos menses.* Cic. rep. VI, 8. Sall. Iug. 31, 7; Plut. l. c. 17, 4; Vell. 2, 4, 4. Diod. 34, 33, 6.

[2]) Plut. 19, 1 et 2: ὁ Τιβέριος ἥψατο τῇ χειρὶ τῆς κεφαλῆς ἐνδεικνύμενος τῇ ὄψει τὸν κίνδυνον, ἐπεὶ τῆς φωνῆς οὐκ ἐπήκουον. οἱ δ'ἐναντίοι τοῦτο ἰδόντες, ἔθεον πρὸς τὴν βουλὴν ἀπαγγέλλοντες αἰτεῖν διάδημα τὸν Τιβέριον ... App. I, 15, 64; de re v. Ed. Meyer, pp. 425, 426; Kornemann, p. 33.

[3]) Gai oratione fortasse fonte usi sunt scriptores.

[4]) cf. Halm, Rhet. Lat. Min., p. 517.

quasi nectitur nomine, atque ita res plures in geminatione verborum trahuntur. Fit autem hoc schema non solum in singulis verbis, sed etiam in contexione verborum, ut apud Gracchum[1]): pueritia tua adulescentiae tuae inhonestamentum[2]) fuit, adulescentia senectuti dedecoramentum,[3]) senectus rei publicae flagitium.

H. Meyer inc. 6 (p. 248).

III. Gell. N. A. 20, 6, 10 (ex Apollinare Sulpicio cf. 20, 6, 1).[4]) ‚*Mei*‘ *(enim) Plautus hoc in loco* (Pseud. v. 3) *non ab eo dixit, quod est ‚meus‘, sed ab eo, quod est ‚ego‘ .... 11. Haec autem ipsa ratio est in numero plurativo, qua Gracchus* ‚misereri uestrum‘[5]) *dixit et qua M. Cicero* (Planc. VI, 16 sqq.) *‚contentio vestrum‘ .... Cur igitur Terentius ‚paenitet nostri‘ non ‚nostrum‘, et Afranius nostri miseritus est, non ‚nostrum‘?‘* 12. *‚Nihil hercle‘ inquit, mihi de ista re in mentem venit, nisi auctoritas quaedam vetustatis non nimis anxie neque superstitiose loquentis .... 13. Sed procul dubio, qui rectissime loqui volet, ‚vestrum‘ potius dixerit quam ‚vestri‘.‘*

H. Meyer inc. 7 (p. 248).

IV. Char. gramm. I, p. 107, 22 (= Plin. dub. serm., p. 3 B.). .... *etiam ‚matres familiae‘ Varro* (Funaioli fr. 71, 74, p. 216) *dixit de scaenicis originibus primo et tertio, et Gracchus* ‚patres familiae‘ *non ‚familiarum.‘*

II. v. 5. *senectutis* B (cod. Bernensis 101); *decoramentum* T.
v. 6. *senectutis* B.

IV. v. 20. *patres famī* N.; cf. Prisc. II, p. 199, v. 7: *dicitur tamen et ‚pater familiae‘ et ‚patres familiae‘ et ‚familiarum‘ et ‚familiis.‘*

[1]) Non solum climax, sed etiam τρίκωλον et ὁμοιοτέλευτον artis Gai exemplum praebent; cf. p. 38.

[2]) *inhonestamentum* perraro usitatum esse adn. Arevalo. Legitur etiam Apul. (Ap. III, p. 385 ed. Oudend.): *ne is qui sedulo laboro, ut ne quid maculae aut inhonestamenti in me admittam ...*

[3]) *dedecoramentum* ἅπαξ λεγόμενον? de verbis acerbis cf. p. 98.

[4]) cf. p. 20.

[5]) Aug. Luchs: Stud. Plaut. I, 2, Berol. 1890, p. 384. *frequentia vestrum* Cic. in Rull. II, 21; *tam cupidus vestrum* Cic. Verr. II, 3, 26 ....
Luchs, p. 385: „Bittflehende werden sagen ‚misereri nostri‘, Gesandte, die für das sie abschickende Volk um Gnade bitten ‚misereri nostrum‘.“

H. Meyer inc. 3 (p. 247).

V. Servius ad Verg. Aen. 7, 715: (ed. Thilo u. Hagen, Lips., 1884, II).

Verg.: *qui Tiberim Fabarimque bibunt, quos frigida misit Nursia.*

Serv.: ‚*Nursia*', *Piceni civitas, frigida autem aut re vera aut certe venenosa, nocens: Gracchi namque ubique in contionibus suis* Nursinos sceleratos *appellaverunt,*[1]) *et scimus amare Vergilium historiarum rem per transitum tangere.*

H. Meyer inter laudes (p. 227).

VI. Serv. Verg. Aen. 11, 301:

Verg.: *praefatus divos solio rex infit ab alto.*

Serv.: ‚*praefatus divos*' *more antiquo: nam maiores nullam orationem nisi invocatis numinibus inchoabant,*[2]) *sicut sunt omnes orationes Catonis et Gracchi; nam generale caput in omnibus legimus, unde Cicero*[3]) *per inrisionem ait ‚si quid ex vetere aliqua oratione* ‚Iouem ego optumum maxumum'.'[4])

VII. Terentianus Maurus, gramm. VI, p. 354, v. 985 sqq.:

Nempe et esse litterarum syllaba una sex potest,
Graeca cum duplex duabus solvitur nostratibus,

VI. v. 15. *maximum*] ‚*et Demosthenes in oratione contra Aeschinem*': „πρῶτον μέν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις“ add. D (supplementum Italorum e cod. bibl. nat. Paris. 7965 petitum).

VII. v. 17. *nempe et esse* Lachmann, *nec monet esse* ed. princ. a. 1497, *esse nec non* Micyllus, *namque et esse, ut* coni. Keil.

---

[1]) „id, cur fecerint, ignoramus“ Mommsen, C. I. L. IX, p. 427. De Nursiae frigore cf. Sil. Ital. VIII, 417: *habitata pruinis Nursia.* Plut. Sert. 2. Fronto (p. 205): *Nursina duritia.* Populus erat durus libertatisque amantissimus, cf. Nissen II, p. 468.

[2]) cf. Plin. Paneg. 1: *bene ac sapienter maiores instituerunt ut rerum agendarum ita dicendi initium a precationibus capere.* Gell. 13, 23, 1, de Catone Serv. Aen. 7, 259.

[3]) Cic., Div. in Caec. 43: *Tu horum nihil metuis, nihil cogitas, nihil laboras: si quid ex vetere aliqua oratione* ‚Iovem ego Optimum Maximum' *aut ‚Vellem, si fieri potuisset, iudices*', *aut aliquid eiusmodi ediscere potueris* . . . (Pseudoasc. ad loc. p. 198, 15, Stangl).

[4]) cf. p. 33.

Dixerit si forte quidam, ‚scrobs[1]) *abunde fossa erat*',
‚Stirps' *velut dixit disertus Gracchus alter Gaïus.*

Totum locum ‚*scrobs abunde fossa erit,* (stirps)' perperam Gaio attribuit Servius (ad Verg. Georg. 2, 288):

‚*Scrobes*' *masculini sunt generis. Nam Cicero in Oeconomicis* (fr. 16 C. F. W. Müller) *sic dicit et Plautus* (Amph. fr. VI, Goetz u. Schoell p. 53) *ait ‚sexagenos* (in dies) *scrobes*'. *Minor autem est Lucani et Gracchi auctoritas. Nam Lucanus* (8, 756) *ait: ‚exigua posuit scrobe*'. *Gracchus ‚abunde fossa scrobis est,*' *quod exemplum in Terentiano est.*' Eum secutus est H. Meyer (inc. 2, p. 247).

Ex Graccho autem, ut iam adnotavit Keil, a Terentiano allatus est nominativus *stirps* solus pro *stirpis* dictus, quo formae ‚*scrobs*' exemplo uteretur. Ex *scrobis* male interpretatum esse locum Servium plane apparet.

H. Meyer inc. 10 (p. 249).

VIII. a) Sen. Dial. 12, 16, 6 ad Helviam matrem de consolatione. *Corneliam*[2]) *ex duodecim liberis ad duos fortuna redegerat: si numerare funera Corneliae velles* (A [cod. Ambrosianus C n. 90], *velis* Wesenberg) *amiserat decem, si aestimare, amiserat Gracchos. flentibus tamen circa se et fatum eius execrantibus interdixit, ne fortunam accusarent, quae sibi filios Gracchos dedisset (dedisset* A, quod recte serv. Hermes, *ademisset* editores secuti Bentleium). *ex hac femina debuit nasci, qui diceret in contione:* ‚tu matri meae male dicas, quae me peperit?'[3]) *multo mihi vox matris videtur animosior: filius magno aestimavit* (Haase, *estimabit* A) *Gracchorum natales, mater et funera.* (cf. Dial. 6, 16, 3 ad Marciam de consolatione.)

Plut. l. c. 25 (4), 3: ἀπομνημονεύεται δὲ καὶ τοῦ Γαΐου πολλὰ ῥητορικῶς καὶ ἀγοραίως ὑπὲρ αὐτῆς (Cornelia) εἰρημένα πρός τινα

---

v. 1. *fossa erit* Lachmann, *fossa est* ed. princ., *fossus est* Micyllus.
v. 9. *scobis* M (Monacensis 6394), *scrobis* m.

---

[1]) exempla formarum, *scrobs, scrobis, stirps, stirpis* contulit Neue-Wagener I, 214, 283.

[2]) de Cornelia cf. p. 32, adn. 1.

[3]) Seneca ex patris historia narratiunculam hausisse videtur. cf. p. 73.

τῶν ἐχθρῶν: ,σὺ γὰρ', ἔφη, ,Κορνηλίαν λοιδορεῖς τὴν Τιβέριον τεκοῦσαν'[1]); b) ἐπεὶ δὲ διαβεβλημένος ἦν εἰς μαλακίαν ὁ λοιδορηθείς, ,τίνα' δ'εἶπεν ,ἔχων παρρησίαν συγκρίνεις Κορνηλίᾳ σεαυτόν; ἔτεκες γὰρ ὡς ἐκείνη; καὶ μὲν πάντες ἴσασιν Ῥωμαῖοι πλείω χρόνον ἐκείνην ἀπ' ἀνδρὸς οὖσαν ἢ σὲ τὸν ἄνδρα.'[2])

H. Meyer (deest.). ? ? IX. Fest. Fragm. e Cod. Farn. l. XVI Qu. XII (p. 278, 33, 280, 1): *Petre-*
< ia vocabatur, quae pompam praecedens in colon > is aut
<municipiis imitabatur anum ebriam, ab> agri vitio
<scilicet petris appellata > . . . . . . *uepreeilli*[3]) *C.*
< Gracchus > . . . . *vertar ad illam*
. . . . *inpudentior*
. . . . *nter legationes*
. . . . *<po>test.*

Pauli excerpta (p. 281, 4) *Petreia vocabatur, quae pompam praecedens in colonis aut municipiis imitabatur anum ebriam, ab agri vitio, scilicet petris, appellata (appellatam* codd.).

IX. maximam lacunae partem suppl. epit.
v. 8. *is* F[u] (*i* non legitur).
v. 9. *ab agri* F[u] (*ab* non legitur).
v. 10. „vel *vepraecilli*“ Lindsay.
v. 13. (*nter*) F *<impude>nter* coni. Lindsay.

[1]) cf. p. 15, adn. 2.

[2]) de acerbis Gai verbis cf. testimonium, p. 35; or. II fr. a; b; or. XIV test. b; c.; or. XXIII, fr.; inc. II, p. 95. Antiquis autem temporibus orationes saepe maledictorum plenae erant. Ex oratoribus Graecis multa exempla attulit Poehlmann („Isokrates und das Problem der Demokratie“, Sitzungsberichte d. K. bayer. Akad. d. Wissensch., München 1913), p. 30 sqq. Neque desunt apud Romanos, velut Cic. pro Sest., in Cat., Ps. Sallust in M. Tullium Cic., (M. Tull. Cic.) in Sall. controversia.

[3]) *Vepres* masc. vel fem. Non. p. 231, 13 sqq. — cf. Cic. Sest. 72: *ex iis* (tribunis plebis) *princeps emitur ab inimicis meis is* (Numerius Quintius Rufus), *quem hominis in luctu inridentes ,Gracchum' vocabant, quoniam id etiam fatum civitatis fuit, ut illa ex vepreculis extracta nitedula rem publicam conaretur adrodere.*

Fierine potest, ut aliquid rationis sit inter hunc Ciceronianum locum et illum a Festo allatum?

Gracchus supplevit Müller (v. 13) et in antecedente glossa, ubi traditum est *lib. I. An.* scripsit *<Ennius> lib. I. An<nalium>*, quod sequitur exemplum ex Catone sumptum *pelliculatio* (nomen suppl. Paulus). In Verri enim reliquiis[1]) alibi quoque ante Catonianam glossam inveniuntur Enni et C. Gracchi verba. Videas velim Festum (p. 362 sqq.):

Ennius: *redinunt, regium (?), Romanos, rigidum;*
Scipio: *reque apse;*
C. Gracchus: *respublica;*
Cato: *recto fronte.*

(p. 218):
Ennius: *obsidionem, orare, Oscos, ob;*
Scipio: —;
C. Gracchus: *ostentum, occisitant, osi sunt;*
Cato: *ostende.*

[1]) cf. Reitzenstein, l. c. pp. 57, 58.

F. Fragmenta per errorem C. Graccho attributa.

I. Servius in explanatione in Donatum l. I., gramm. IV, 518, 10.

Cicero dicit ‚includuntur in carcerem condemnati‘ (Verr. II, V, 45, 117). *recte dicit; significat enim eos de eo loco, in quo Verres sedebat, ad carcerem duci includendos. ideo rursum, ubi iam ibi fuit inclusus Gavius*[1]*, recte ait ‚inclusus in carcere‘.*

II. Festi Fragm. ex Apogr. l. XV (Qu. X, p. 236, 18).

*Peremptalia fulgura *Grapus* ait vocari, quae superiora fulgura, ut portenta, vi sua peremant duobus modis, prioribus tollendis, aut maiore manubia, ut tertia secundae, secunda primae cedat. nam ut omnia superentur fulgure, sic ictum fulgur manubiis vinci.*

I. v. 2. *Servius* cf. Jeep, Redeteile, Lips. 1893, p. 29; *Sergius* Keil.
v. 6. *gaius* cod. Leidensis 122, *gravius* cod. Frisingensis 81, *gratius* cod. Berolin. Santen. 66, 4, *Gavius* Keil, cf. Verr. II, V, 158 sqq.
II. v. 8. *grapus* W., *Gracchus* ed. princ., *Graccus* Mueller, *Antonius Grapho* X (pro *Ant. Gnipho*), *Granius* corr. Aug. et Urs.

---

[1]) *Gracchus* falso Lindemann in indice Auctorum. quem secutus H. Meyer (p. 248) inter Gracchi fragmenta hunc inseruit locum.

Appendix.

Restat, ut paucis exponam verbis, qua ratione orationes, quas tribunus Gracchus habuit, supra ordinaverim. Cum enim, quando priores orationes habitae sint, satis certis argumentis generatim possit demonstrari, tribunicias in ordinem redigere difficilius est, imprimis quod de legum[1]) ipsarum tempore certa non tradita sunt testimonia. Priori enim aut alteri tribunatui rogationes, e quibus suadendis verba Gai hodie extant, ab antiquis scriptoribus hoc modo vindicatae sunt:

Gaio I tribuno latae esse dicuntur:

	a Plutarcho l. c.	ab Appiano l. c.	a Livio l. c.
25 (4)	lex de abactis (or. X, XI)		
	de cap. civ. Rom. (or. X, XII, XIII)		
26 (5)	agraria (or. IX)		
	frumentaria (or. IX, or. XIV)	cap. 21. frumentaria	frumentaria
	iudiciaria (1) (or. XVI)		
			agraria
			iudiciaria (2) (or. XVI)

Gaio II tribuno:

		22. iudiciaria (3) (or. XVI)	
29 (8)			
	de Latinis iure suffr. dando (or. XXI)		
		23. de Latinis civitate danda (or. XXI)	

---

[1]) de legibus egerunt: E. Calligari: La legislazione sociale di C. Gracco, Padova 1896; W. Warde Fowler: Notes on Gaius Gracchus: Engl. Hist. Rev. 1905 (20), p. 209 sqq., 407 sqq. Mommsen passim. De legum tempore: Kornemann l. c. p. 42 sqq.; Ed. Meyer l. c. p. 412, n. 3; W. Judeich, sed cf. p. 58, adn. 2. Neque ceteri, quorum libros in conspectu laudabo, leges tractare neglexerunt.

Ordo temporis omnino est neglectus:

a Velleio Paterculo 2, 6:	Diodoro 34, 25 sqq.
lex de civitate omnibus Italicis (!) danda	iudiciaria
agraria	de provincia Asia (or. IX)
de novis portoriis (de prov. Asia) (or. IX)	de abactis
iudiciaria	iudiciaria
frumentaria	de cap. civ. Rom.

Separatim laudantur:
‚ne quis iudicio circumveniatur' (or. XVI)
de provincia Asia (de novis portoriis)
lex Marcia (or. XVII)

Quo ex conspectu, quo tempore latae sint hae leges, certis, ut supra dixi, testimoniis stabiliri non posse elucet, et quod in legibus ordinandis inter se discrepant fontes, et quod Plutarcho, qui nonnullas leges affert, quae apud alios non sunt insertae, diffidendum est, nisi aliis rationibus ea, quae tradit, confirmantur. Tamen complurium rogationum et harum et aliarum tempus certius definivit Kornemann,[1]) qua ex causa quove consilio tulerit leges tribunus, respiciens, qua ratione Semproniae leges inter se coniunctae sint, quae ratio intercedat inter eas et Livi, adversarii eius, rogationes. Neque altero anno 70 dies Roma tribunum afuisse ille neglexit, neque re vera mense Quintili iam omnem eum amisisse potentiam. Quo modo Plutarchum[2]) suo loco non paucas inseruisse leges invenit. Atque Livi epitomatori nos fidem habere posse demonstravit Klimke alias periochas comparans cum Livi libris servatis et Tiberi Gaique leges laudatas diligentissime pertractans. Appiani autem testimonium, quod altero in tribunatu plures res Gracchum confecisse refert, reiciendum esse omnes fere,[3]) qui de re egerunt, consentiunt, nam Gaium, cum iterum se tribunum fore ignoraret, quam plurimas leges statim promulgasse manifestum

[1]) l. c. p. 42 sqq. Generatim cum eo consentio, de tempore autem, quo leges de coloniis constituendis latae sint, non recte ille (p. 47) iudicasse mihi videtur cf. p. 85, adn. 5. Ed. Meyer l. c.

[2]) Kornemann p. 43.

[3]) aliter Nitzsch p. 400; Herzog I, p. 4632; sed conferas velim W. Fowler, p. 216 sqq., p. 218.

est. Neque dubium videtur, quin lex frumentaria (ut omnes tradunt), qua favorem plebis sibi conciliare volebat, et lex agraria, qua ea, quae suscepisset[1]) frater, perficerentur, inter priores fuerint. Deinde tribunatum ineuntem in Octavium Popilliumque incursionem statim eum fecisse, quod refert Plutarchus, ut fratrem Gracchanosque iniuria trucidatos esse demonstraret, verisimillimum est. De iudicibus elegendis[2]) ter probabiliter rogatum esse ab illo supra est expositum; Plutarchus et Livi epitomator priore anno de equitibus senatoribus addendis legem promulgatam esse tradunt. Eidemque anno comitiis tribuniciis habitis tertiam quoque legem iudiciariam Gracchum proposuisse pro certo habere nobis licet; tum[3]) enim summam assecutus erat potentiam, tum non erat, qui intercederet. Neque enim Gaius adversarios ut e suis tribuni crearentur curasse, qui sibi proximo anno resisterent, non intellegere potuit. Ante ea autem comitia perlatam fuisse existimo legem de provincia Asia,[4]) quod legem frumentariam suadens de aerario supplendo iterum iterumque tribunum dixisse e testimoniis elucet. Atque grandi pecunia non solum ad frumentationes opus erat sed etiam ad aedificanda[4]) horrea[5]) et ad muniendas vias.[6]) Haec autem

[1]) Legem de provocatione, militariam aliquam, iudiciariam (de iure suffragii Italicis dando?) promulgare fortasse iam in animo habuerat Tiberius. cf. Plut. l. c. 16, 1; Cass. Dio 83, 7 (Vell. 2, 2, 3); cf. Kornemann p. 34 sqq.

[2]) Kornemann de una iudiciaria lege agit (p. 48), quam secutus E. Meyerum post comitia a. 631/123 latam esse iudicat.

[3]) cf. E. Meyer l. c. — Aliter Fowler, qui legem Aciliam, quae dicitur, eandem esse ac celeberrimam illam Semproniam iudiciariam conicit et a. 632/122 hanc tertiam de iudicibus rogationem latam esse putat; at non solum in quaestionibus perpetuis, de quibus agit lex Acilia (cf. C. I. L. I², n. 583; Mommsen, jur. Sch. I, 1) sed etiam in extraordinariis ‚iudices Gracchanos' iudicasse ille neglexit. (Cic. Brut. 128; Sall. Iug. 65; cf. Lange p. 39).

[4]) cf. Mommsen, roem. Gesch., II⁸, p. 111; aliter Kornemann p. 45.

[5]) lex de horreis aedificandis: Festus p. 370, 26: *‚Sempronia horre a' qui locus dicitur, in eo fuerunt lege Gracchi, ad custodiam frumenti publici.* Plut. l. c. 27 (6) 2.

[6]) lex viaria: Plut. l. c. 27 (6) 2: ἔγραψε δὲ … καὶ τὰς ὁδοὺς ποιεῖσθαι … τούτοις ἅπασι πραττομένοις αὐτὸν ἄρχοντα καὶ διοικητὴν ἐφιστάς … cf. 28 (7) App. b. c. I, 23, 98.

opera paulo post legem frumentariam et agrariam perlatam instituta esse ex re ipsa intellegitur. Postrema ex iis, quas novimus, quin fuerit rogatio de civitate Latinis et de iure suffragii sociis danda, vix dubium est — ut supra iam exposuimus —, quod ea omnem et plebis et equitum favorem amisit Gracchus.[1]) Reliquae rogationes: ne quis iudicio circumveniatur, lex Marcia, quando promulgatae sint, omnino non est, quid indicet. Opportunissime autem accidit, quod omnes fere eae leges, e quibus suadendis fragmenta servata videntur, suo inseri possunt loco: a. 631/123 lex de abactis. de capite civium Romanorum, frumentaria, agraria, de provincia Asia; post comitia tribunicia habita: leges (?) iudiciariae; a. 632/122 post reditum ex Africa: lex de civitate Latinis danda. Eidem autem tempori, quo leges latas esse verisimile est, quod certius neque definiri posse neque confirmari valde doleo, orationes vindicavi. Sed sunt nonnulla fragmenta testimoniaque, e quibus non intellegatur, num ad perlatam legem se pertineant, an ad similem rogationem fortasse antiquatam. Neque id nobis est neglegendum a scriptoribus generatim laudatas esse eas leges, quae perlatae aliquamdiu valerent, quot autem rogationes nihil proficientes ei, qui leges perferre volebant, promulgassent, quot contiones habuissent, priusquam ea, quae sibi proposuerant, assequerentur, memoriae perraro esse traditum. Itaque omnia fragmenta et testimonia singulis de legibus orationibus, ut volui, attribuere non potui, sed sub eodem titulo ea, quae ad eandem vel similem legem pertinent, ut coniungerem, nonnumquam fuit necesse (cf. orr. XIV, XVI).

[1]) cf. or. XXI, ubi de priore de iure suffragii rogatione etiam actum est.

Index grammaticus.

Verba notabiliora.

Substantiva.

Epitheta.

Verba.

Adverbia.

Coniunctiones.

Formae notabiliores.

Substantiva. Declinatio.

Genus.

Epitheta.

Pronomina.

Verba. Tempus.

Inf. Fut. Act. inimicos — dicturum or. XII, fr. a.
Pat. Fut. Act. dissuasuri or. XV, fr. a, p. 75, v. 13.
Pat. Perf. Pass. (?) ostentum or. IX, fr. d.
Perf. appetiistis or. X, fr. a (appetiisse).

Genus.

auxiliem or. XIX, fr.
dilargitur (pass.) or. XIV, fr. a.
nanciam or. VIII, fr.
osi sunt or. XXII, fr. a.
poteratur or. XII, fr. b.

Coniunctiones verborum.

Substantiva coniuncta.

Hendiadyoin: or. XV, fr. a, p. 75, v. 1 sqq.; cf. p. 40.
in terra Graecia or. XV, fr. a, p. 76, v. 6.

Epitheta cum substantivis coniuncta.

malo cruce or. XII, fr. d.
pretia maxima or. XV, fr. a, p. 76, v. 12.
res publicas or. III, fr.
de plebe Uenusina or. IX, fr. b, p. 61, v. 8.

Casus obliqui ex verbis pendentes.

Gen. misereri uestrum inc. III.
Dat. matri meae male dicas (?) inc. VIII.
... pertaesum uos mihi esse or. XVIII, fr.

Pronomina demonstrativa post sententias relativas posita.

amphoras, quas — eas or. VI, fr. a, p. 53, v. 12.
zonas, quas — eas or. VI, fr. a, p. 53, v. 11.
quae — ea or. X, fr. a, v. 8.
qui — hi or. XV, fr. a, p. 75, v. 16; p. 76, v. 1.

Ellipsis accusativi.

-eum — or. IX, fr. b, p. 61, v. 12.
-me — or. VI, fr. a, p. 53, v. 5.

Adverbia cum verbis auxiliariis coniuncta.

caste me habuerim or. VI, fr. a, p. 53, v. 6.
modestius erant or. VI, fr. a, p. 52, v. 16.

Praepositiones.

apud principia or. VI, fr. a, p. 52, v. 16.
cum aliis rebus or. III, fr.
de plebe or. IX, fr. b, p. 61, v. 8.
ex usu or. VI, fr. a, p. 52, v. 13.
hoc tempore or. IX, fr. a (sine ‚in').
quo *in* tempore or. XV, fr. a, p. 76, v. 6.
ob eandem causam or. IX, fr. b, p. 60, v. 23.
ob unam fabulam or. XV, fr. a, p. 76, v. 8.
ob tacendum or. XV, p. 76, v. 12.
per auaritiam atque stultitiam or. III, fr.
per iocum or. IX, fr. b, p. 61, v. 9.
per id tempus or. IX, fr. b, p. 61, v. 6.
propter mulierum cupiditatem or. XXIII, fr.
propter me or. VI, fr. a, p. 53, v. 4.
propter uos or. IX, fr. a.

Interiectiones.

em uidete or. II, fr. a.
considerate! em or. XXIII, fr.

Modi ex coniunctionibus aut pronominibus relativis pendentes.

Indicativus:

uerberari iussit, *dum* efflavit (or. IX, fr. b, p. 61, v. 12/13.
ubi id audiuit or. IX, fr. b, p. 61, v. 10.
ubi id audierunt or. IX, fr. b, p. 60, v. 21.
quom putatis (coinc.) or. XV, fr. a, p. 76, v. 2/3.

quom putant (coinc.) or. XV, fr. a, p. 76, v. 4/5.
quom profectus sum (temp.) or. VI, fr. a, p. 53, v. 10.
quomodo arbitrabar or. VI, fr. a, p. 52, v. 14.
quomodo existimabam or. VI, fr. a, p. 52, v. 13.

Coniunctivus:

haud scio *an* — impetrassem or. IX, fr. a.
ne interiret or. IX, fr. a.
quin dicamini or. X, fr. a, v. 10/11.
quin sit or. V, fr. a.
quom amisissem or. IX, fr. a.
quom essem or. IX, fr. a.
quom esset or. IX, fr. a.
quom habuerim or. VI, fr. a, p. 53, v. 6.
quomodo putetis or. VI, fr. a, p. 53, v. 7.
ut(i) nemo posset or. VI, fr. a, p. 52, v. 19.
ut reliqua esset or. IX, fr. a.
aliaque.
qui probet or. V, fr. a.
qui prospiciat or. II, fr. b.
qui trucidet or. II, fr. b.
quae parentur or. IX, fr. c.

Consecutio temporum et modorum.

abesse non potest — quin dicamini or. X, fr. a.
abesse non potest — quin sit, qui probet or. V, fr. a.
qui prodeunt dissuasuri — ne accipiatis or. XV, fr. a, p. 75, v. 13/14.
utrum ... an ... te impulit — ut sis or. XX, fr.
eum (?) faciet — qui prospiciat — qui trucidet or. II, fr. b.
quom habuerim — inde poteritis considerare or. VI, fr. a, p. 53, v. 6.
mirum tibi uidetur — *si* ... quaesisti? or. XV, fr. a, p. 76, v. 10/11.
mirum — *si* .... fit (?) or. XXII, fr. a.
si nanciam — comprobabo or. VIII, fr.
si uelitis — invenietis (etsi quaeritis, ‚quaeritis' Madvig) or. XV, fr. a, p. 75, v. 5/6.
si introivit — existimatote or. VI, fr. a, p. 53, v. 3/5.

Coniunctivus dubitativus.

quomodo auxiliem or. XIX, fr.
quo me conferam etc.... or. XXIV, fr.

Imperativus.

considerate or. XXIII, fr.
existimatote or. VI, fr. a, p. 53, v. 5.
uidete or. II, fr. a.

Prohibitivus. (?)

nequaquam sinatis or. II, fr. c.

Index nominum,
quae in fragmentis leguntur.

Conspectus librorum.[1]

G. Cardinali: Studi Graccani, Rom 1912.
F. Cauer: Berl. philol. Wochenschrift, 1905, p. 599 sqq.
A. H. J. Greenidge: A History of Rome, vol. I, London 1904.
A. Haakh: P(auly) W(issowa), R(eal) E(ncyclopädie) 1852, vol. VI, 1, 985 sqq.
E. G. Hardy: Six Roman Laws, Oxford 1911.
E. Herzog: Geschichte und System der römischen Staatsverfassung, I, Leipzig 1894.
W. Ihne: Römische Geschichte, IV. vol. 1876, V. 1879, Leipzig.
K. Klimke: Beiträge zur Geschichte der Gracchen, Progr. Sagan 1892.
E. Kornemann: Zur Geschichte der Gracchenzeit, Klio I, Beiheft, Leipzig 1903. Velleius' Darstellung der Gracchenzeit, Klio 1909.
L. Lange[2]: Römische Altertümer III. vol. 2. ed., Berlin 1876.
Ed. Meyer: Untersuchungen zur Geschichte der Gracchen. I. ed. Festschrift, Halle 1894. II. ed. „Kleine Schriften" 1910,[3] p. 383 sqq.
Th. Mommsen: Römische Geschichte, 8. ed., II. vol., Berlin 1889. (Röm. Gesch.)
— Römisches Staatsrecht, 3. ed., Leipzig 1887. (R. St. R.)
— Römisches Strafrecht, Leipzig 1897. (R. Str. R.)
— Juristische Schriften, I. vol., Berlin 1905 (jur. Schr.).
K. Neumann: Geschichte Roms während des Verfalles der Republik, Breslau 1881.

[1] imprimis eorum, qui de C. Gracchi ,vita' vel de ,antiquitatibus' agunt, alios suis locis tangebam; cf. p. 101.
[2] in pp. 2 et 30 enumerat superiores de Gaio libros.
[3] hanc editionem generatim laudabam.

B. Niese: Grundriß der römischen Geschichte, 4. ed. 1900, I. Müller, Handbuch.
K. W. Nitzsch: Die Gracchen und ihre nächsten Vorgänger, Berlin 1847.
R. v. Poehlmann: „Tiberius Gracchus als Sozialreformer.“ (Aus Altertum und Gegenwart, neue Folge), München 1911, p. 118. Sitzungsberichte der Kgl. bayr. Ak. d. Wiss., phil.-hist. Cl. 1907.
K. Prodinger: Das Tribunat des C. Gracchus, Progr. Gottschee 1908.
E. Schwartz: Göttinger Gelehrte Anzeigen 1896, p. 792 sqq.
M. Weber: Römische Agrargeschichte, Stuttgart 1891.
Lex Acilia Repetundarum C. I. L. I² n. 583. Mommsen, jur. Schr., p. 1 sqq.
Lex agraria a. 643/111. C. I. L. I² n. 585. Mommsen, jur. Schr., p. 65 sqq.
M. O. B. Caspari: On some problems of Roman agrarian history, Klio 1913, p. 184.
G. Plaumann: Das sogenannte S. C. ultimum, Klio 1913, p. 321.

Vita.

Natalie Häpke, Bremensis, nata sum a. d. VI. Kal. Jul. a. 1871 e patre Ludovico, qui tum rerum mathematicarum naturaliumque magister erat, et matre Marie e gente Bauer, quos adhuc salvos esse magnopere gaudeo. Fidei addicta sum evangelicae. Cum litterarum elementis linguaque Francogallica et Brittanica erudita essem in ea schola patriae, cui praeerat H. Habenicht †, vir summa humanitate atque prudentia, annum Losaniae, in oppido Helvetiae, versata sum, deinde novem menses in Brittania, ut ea, quae in ludis didiceram, subtilius excolerem. Ab a. 1893 usque ad a. 1896 in Africa eram prope id oppidum, cui nomen est Capstadt, linguam nostram imprimis docendi causa, a. 1899 et sequentibus eadem ex causa Hagae comitis. Deinde domum reversa primo proprio studio Latine discere coepi, tum complures annos apud optimos magistros linguae Latinae, Graecae, rebus mathematicis operam dedi, ita ut mense Septembri a. 1907 maturitatis examen, quod dicitur, superaverim in ‚Gymnasio Veteri‘ Bremensi. Primo vere 1908 almam matrem petivi Berolinensem, ut studiis Latinis, Graecis, historicis operam navarem. Anno 1909 autumno civibus academicis universitatis Monacensis adscripta sum, ubi usque ad examen rigorosum permansi; hieme modo a. 1910/11 Goettingae, a. 1911/12 Heidelbergae studiorum causa commorata sum.

Hi me docuerunt viri docti:

Berolini: Diels, Helm, Hintze, Lehmann-Haupt, Ed. Meyer, Mewaldt, Ed. Norden, Riehl, v. Schmoller, W. Schulze, Simmel, v. Wilamowitz;

Monaci: Baeumker, Brentano, Crusius, Foerster, Geiger, Kafka, Lehmann, H. Meyer, Otto, v. Poehlmann †, Rehm, Streitberg, Vollmer, Wolters, Zucker;

Goettingae: Husserl, G. Koerte, Leo †, Pohlenz, Wackernagel, Wendland;

Heidelbergae: Boll, Domaszewski, Oncken, A. Schmitt, Schoell.

Sodalis fui seminarii philologici Berolinensis (sect. III. et II.), Monacensis (sect. II. et I.), Heidelbergensis (sect. I.). Praeterea benigne me admiserunt ad exercitationes vv. dd.: Lehmann-Haupt, Ed. Meyer, H. Meyer, Oncken, v. Poehlmann †, Streitberg, Wackernagel, Wolters.

Quibus omnibus magistris gratiam habeo semperque habebo, imprimis autem Vollmero v. d., qui semper magna cum comitate me adiuverit ad hunc libellum perficiendum atque permiserit, ut uterer nonnulla verba explicandi causa schedis, quae adhuc latent in scriniis ‚Thesauri Linguae Latinae'.